

Cliente, Iurgio finis imponeretur, quam sanè concordiam Egomet (cui semper Iurgantium concordia ex naturali quodam impulsu, arriserunt) approbaui, & RR. PP. vnanimi consensu in eam deuenerunt Me suadente.

S V M M A R I V M.

- 1 Renunciationis formula refertur de quo in facti serie.
- 2 Heres tenetur habere ratum factum defuncti.
- 3 Heres censetur vna, eademque persona cum defuncto.
- 4 Quasi contrahit heres cum creditoribus, & legatarijs, quando hereditatē adit.
- 5 Testatoris placita ex quasi contractu tenetur heres rata habere.
- 6 Inuentario dato, dicitur quis verè, & propriè heres.
- 7 Inuentarium operatur separationem bonorum defuncti, & heredis.
- 8 Heres cum inuentario non potest effugere obseruantiam contractuum initorum per defunctum.
- 9 Iuramentum etsi ex parte iurantis est personale, tamē quoad obseruantiam erit reale.
- 10 Renunciatio realis officit etiam heredibus, personalis verò non egreditur personam.
- 11 Renunciatio dicitur realis, quando fit propter dotem receptam.
- 12 Renunciatio realis excludit renunciantem omni casu, & ab omni successione.
- 13 Filij renunciantis non admittuntur ex proprijs personis, quando renunciatio est realis.
- 14 Pactum de non petendo, operatur realem renunciationem, quando partibus presentibus fuit appositum.
- 15 Pactum est potentius quàm renunciatio, renunciatio etenim continet consensum vnius, sed in pacto adest vtriusq; consensus, & continetur in-

ris futuri abdicatio.

- 16 Renunciatio expressè concepta per pactum de non petendo, quid operatur.
- 17 Succedendi spes dicitur semper sublata quando renunciatio continet acceptilationem, & Aquilianam stipulationem.
- 18 Renuncians reali renunciatione arceatur à succedendo, ex quacunq; causa ei deferatur successio.
- 19 Renuncians habetur pro mortuo, atque descendentes ab ipso acquirente excluduntur.
- 20 Clausula Aquiliana stipulationis, acceptilationis, & pacti de non petendo, virtualiter continentur in contractu renunciationis, etiamsi de eis expressa mentio facta non appareat, & faciunt perpetuam, & realem renunciationem.
- 21 Renunciatio concepta pro se, & heredibus suis, dicitur realis.
- 22 Renuncians per renunciationem tollitur de medio, & taliter excluditur ac si mortuus esset, & nunquam exiisset, faciens locum sequentibus in gradu per successorium edictum.

A R G V M E N T V M.

Hæres tenetur approbare factū defuncti, ex quo vna, & eadem persona cum ipso censetur, & quasi contrahit per aditionem hæreditatis cum creditoribus, & legatarijs; nec ex eo, quod cum inuentario hæreditatem accipit, hæres esse desinit, nam nihil aliud inuentarium operatur nisi separationem bonorum defuncti, & heredis.

Renunciatio realis differt à personali, hæc etenim personam

re-

SVB VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.



Dmodum RR. PP. Scholarum Piarum Ciuitatis Theatinæ hæredes quond. Ioa. Francisci Guastauigna etiam per intermediam personam Caroli eius fratris præmortui, hæredum quondam Alexandri Guastauigna vigore fideicommissi per ipsum ordinati in casu quo Franciscus Antonius eius filius, & hæres absque filijs decesserit, ac pariter hæredum ab intestato in omnibus bonis remansis in hæreditate dicti quond. Francisci Antonij, vti proximiorum in gradu, omnino absolui debere ab imperitis per Oratium Lanutum filium quondam Isabellæ Guastauignæ sororis dicti Alexandri, super qua legitima non poterat imponi fideicommissum, ac aliam tertiam partem super bonis quæsitis, siue proprijs ipsius Francisci Antonij, vti eius amittinum infra scripta apertè suadent.

Nam in primis asserimus ipsum Oratium apertè iure excludi, quia Isabella eius mater de anno 1572. nuptui tradita Donatuccio Lanuto eiusdem Oratij patri, dote recepta, renunciauit in ampla forma cum pacto de non petendo per Aquilanam stipulationem omnibus bonis, & successionibus paternis, maternis, & fraternis in beneficium fratrum, cui renunciationi nedum consensum præstitit dictus Donatuccius, verum etiã expresse promisit, quod ratam eam habeant eius filij, & hæredes, & in casu quo litem mouerint contra dotantes, promisit de suo reficere omnia, & quoquomodo quantitas aliqua esset soluta, eã suo proprio, & principali nomine restituere, nec possit se excusare fecisse posse suum,

renunciantis non egreditur, vnde hæredes ex propria persona succedere valent, quod secus est in renunciatione reali, qua posita etiam hæredes ipsius excluduntur, plenèque enucleantur plures casus, ex quibus renunciatio, realis diiudicatur, non personalis.

P R O

RR. PP. Scholarum Piarum Ciuitatis Theatinæ.

C V M

Oratio Lanuto, alijsque prætoribus super hæreditate qu. Alexandri, & Francisci Antonij Guastauigna.



- suum, & promississe factum alienum.
- Quò fit, vt dum ipse Oratius est hæres tam patris, quàm matris, tene-
 2 tur ratum habere eorum factum, & sic renunciationem ad *tex. in l. cum à matre C. de reinuend. l. ex qua persona ff. de reg. iur. l. si ab eo C. de liber. cau. l. venditrici C. de reb. alien. non alien. l. Seia ff. de euict.* & vt inquit Paul. de
 3 *Castr. in d. l. cum à matre* hoc euenit, quia hæres censetur vna, eademque persona cum defuncto *Authent. de iureiur. à morien. præsit. in princ. &*
 4 dum hæres hæreditatem adit, quasi contrahit, & iudicium defuncti ratum habere intelligitur *l. ex maleficijs Schæres ff. de actio. & obl. glos. in l. fin. ff. de interrogator. actio. Boer. dec. 57. n. 1. Menoch. de præsump. lib. 4. præsum. 108. nu. 56.* in tantum quod remanet
 5 obligatus, quasi ex contractu ordinata per testatorem seruare *d. S. hæres, Marc. Ant. Eugen. conf. 56. num. 8. lib. 1. Mantic. de coniectur. ultim. volunt. lib. 7. tit. 1. n. 35.* sicuti etiam Donatuccius, & Isabella ipsius Oratij parentes non poterant ad versus renunciationem prædictam venire si viuerent, sic nec dictus Oratius eorū hæres etiam cum beneficio inuentarij, nam dato inuentario, dicuntur
 6 quoque verè, & propriè hæres, ad tradita per *Dom. de Franch. decis. 83. nu. 3.* vbi contra *Gram. in dec. 93.* inuehit, nec aliud operatur inuentarium nisi quod separentur bona defuncti, & hæredis, cuius persona nõ est obligata *Monticul. de inuentar. fol. mihi 64. n. 11. Phanuc. in simili tract. par. 5. nu. 19. Seraph. dec. Ros. Rom. 842. nu. 4. 5. 6. Surd. conf. 7. n. 32.* & quatenus est in hæreditate, non potest hæres effugere obseruantiam contractuum factorum per defunctum, *Surd. dec. 132. num. 6. dec. 205. num. 12. & dec. 318. num. 2. & seq.* insignis doctrina vir *Dom. Lel. Altograd. conf. 59. num. 28. ad 34.* accedente maximè in renun-
 8 ciatione prædicta, iuramento, quod etfi ex parte iurantis sit personale,

tamen quoad obseruantiam erit reale *cap. veritatis de iureiur. Bart. in l. qui superstitis in fin. ff. de acquir. hered. Alex. conf. 7. col. 2. vers. sed fortius vol. 2. Dom. de Franch. dec. 83. & dec. 153. num. 16.* cum alijs adductis per *Memetipsum in 1. vol. discept. forens. cap. 17. nu. 10. ad 20.*

- Nec poterit ex aduerso prætendi renunciationem Isabellæ minus officere Oratio filio, quin valeat succedere ex propria persona, non obstante, quod sit hæres matris, ad tradita per *Bart. in l. qui superstitis ff. de acquir. hered. cum concordan. adductis per Dom. de Franch. dec. 67. per 101.*
- 10 Nam prædicta procedere possunt quando renunciatio esset personalis, secus autem si esset realis, prout declarat optimè idemet *Dom. de Franch. ibi,* At in casu præseti fuisse realè renunciationem, non pauca, quæ singillatim expendemus, suadent.
- 11 Primò etenim dicitur renunciatio realis, quia fuit facta propter dotem receptam sicuti latissimè probat *Peregr. de fideic. art. 52. num. 74. Reg. Rou. conf. 43. nu. 9.* qui de *Peregr. meminit,* & vtrumque ad propositum adducit *D. Pras. Merlin. controuers. forens. centur. 1. cap. 5. nu. 2.* inquit
- 12 hoc casu non esse opus recurrere ad coniecturas, quia talis renunciatio excludit renunciantem omni casu, & ab omni successione, sicuti post *Socc. in conf. 34. vers. sed prædictis videtur obstare vol. 4. refert,* & sequitur *Minad. conf. 22. nu. 4. & 5.* & quatenus ad rem nostram attinet *nu. 2.* tradit, adeò eiusmodi renunciatio-
- 13 nem esse realem, vt ne quidem filij renunciantis admittantur ex propriis personis.
- 14 Secundo, dicitur realis renunciatio quia fuit facta per pactum de nõ petendo partibus ipsis præsentibus, quo casu tollit ius de futuro, licet expressè non legeretur in instrumento renunciationis, nam virtualiter intelligitur, sicuti post *Bart. in l. 1.*

1.1. *vers. ulterius ad istud oppono, C. de pact. ibiq; Salyc. Cyn. Butr. Alex. Castrens. Iaf. Curt. iunior. Zuccar. & Cagnol. ibid. quos refert Surd. conf. 399. num. 2. & 3. vol. 3. Tiraq. de retract. lignag. S. 1. glos. 9. num. 126. & Napod. in consuet. si quis, vel si qua nu. 196. vers. item quaritur tenet Reg. Rou. conf. 42. num. 13. & 14. vbi tradit pactum esse potentius quam renunciatio, renunciatio etenim continet consensum vnius, sed in pacto adest vtriusq; consensus, & continet iuris futuri abdicationem, at in re nostra magis prædicta locum sibi vindicant, quia expressè renunciatio fuit concepta per pactum de non petendo, licet *D. Pr. f. Merlin. d. cap. 5. nu. 13. teneat, quod etiam si simpliciter fiat renunciatio inter præsentis, habet vim pacti de non petendo, in nixus authoritati D. Regentis Rouiti loc. mox adducto, subdens num. 13. eò magis id esse asseuerandum si per acceptilationem, & Aquilianam stipulationem concipiatur renunciatio, nam tunc semper renunciatio remanet exclusa, & spes succedendi dicitur in totum sublata nec potest reuiuiscere ex dictis per Anton. de Alex. in addit. ad Napod. in consuet. si moriatur, fol. 81. lit. E. Mart. tom. 2. summ. succession. legal. quest. 21. art. 14. num. 101 par. 4. Cancer. lib. 3. variar. cap. 15. num. 1. Anton. Fab. de fin. 27. C. de pact.**

18 Quinimò: renunciantem in terminis prædictis excludi ex quacunque causa ei deferatur successio tenuit *Ifern. in cap. 1. vers. Et hoc nisi in duobus sub num. 1. de eo qui fin. fecit agnat. vbi Lipar. in verb. Omnino & post plures comprobat Pater Molfes. ad consuet. Neap. tit. de renunc. q. 2. num. 13. subdens n. 14. renunciantem haberi pro mortuo, & excludi etiam descendentes ab ipso acquirente, & adducto D. de Franch. in dec. 552. num. 7. & Reg. de Pont. conf. 40. n. 11. qui & alios allegat, hanc indubita-*

tam esse sententiam apud *Consultos tradit Reg. Merlin. d. cap. 5. num. 13. cū duob. seqq. iniquens vers. Huismodi,* 20 *clausulas prædictas Aquilianæ stipulationis, acceptilationis & pacti de non petendo, quæ omnimodam faciunt, perpetuam, & realem renunciationem, virtualiter compræhendi & contineri in contractu renunciationis, etiam si expressè de eis non appareat ex consuetudine Notariorum, at in casu nostro de eis specialis facta est mentio, itaut per subauditos intellectus vagari opus non sit.*

21 Tertiò: dicitur realis renunciatio, quia dotantes fuerunt stipulati renunciationem sibi, & hæredibus suis, quò fit vt filia semper excludatur, secundum doctrinam. *Dom. de Franch. in addit. ad Napod. ad d. Consuet. si moriatur, f. 9. lit. G. & H. Frecc. ibid. fol. 83. lit. F. Iacob. Gall. conf. 64. num. 6. Camill. de Medic. conf. 20. nu. 10. & seq. Reg. Rou. d. conf. 42. nu. 7. & conf. 44. n. iidem 7.*

22 Cuius rei rationem eã expendunt DD., quia renunciatio tollitur de medio, & taliter excluditur, ac si mortuus esset, & nunquam extitisset, faciens locum sequentibus in gradu per successorium edictum l. 1. S. quibus ff. de successor. edict. vbi glos. in rubr. & in l. 1. C. eod. tit. vers. ex edicto l. 2. S. fin. ff. ad Senatusc. Tertull. Napod. in Consuet. si moriatur in glos. successores num. 36. & in consuet. 1. de iur. congr. in glos. cum alijs non paucis adductis per *Consiliar. Georg. alleg. 23. nu. 2. vers. Nec obstat, Reg. Merlin. d. cap. 5. nu. 10 vers. & quidem ratio est; aliaque adnotauit Ego in d. cap. 12. num. 18. vers. Quibus.*

Data igitur validitate renunciationis præfatæ Isabellæ, eaque existente reali ex tot assumptis modò deductis, remanet exclusus omninò Oratius Lanutus ab imperitis per ipsum, ac etiam quia hæres extitit

H h ne.

nedum dictæ Isabellæ matris, sed etiam Donatucci patris sicuti in 1. assumpto probauimus, adeò quod superuacaneum erit ingredi aliam disputationem de validitate reuocationis factæ per Ortésium, & an poterit transmitti hereditatem ex eo, quod non adiit, sicuti ex aduerso prætenditur, nam ex prædictis omnia remanent enucleata in beneficium RR. PP. Scholarum Piarum, pro quibus calamum arripuimus, & si dubitari iterum contingat, denuò calamum reassumpturos pollicemur; Laus Deo, Beatæque Virgini Mariæ, Neap. die 28. Octobris 1646.

Controuersia finis in Regia Aprutina Audientia expetebatur, nec mihi adhuc innotuit.

S V M M A R I V M.

- 1 Author electus fuit pro patrociniò Aduocatorum congregatorum in Sac. Domo professa Societatis Iesu ad pauperum causas defendendum ex opere charitatis.
- 2 Libellus Principi oblati, cause nomen non meretur.
- 3 Contradicentes catui Aduocatorum se congregatorum in Sac. Domo Professa Societatis Iesu ad pauperum litigantium tutamen, quibus utantur assumptis.
- 4 Persona ante omnia est legitimanda in quocumque iudicio, etiam summarijssimo.
- 5 Experiri nemini permittitur, absque actione.
- 6 Actiones omnes oriuntur ex contractu, vel quasi, ex delicto, vel quasi, nec alius datur modus ex quo aliquis teneatur.
- 7 Prescriptio locum non reperit in actibus facultatiuis.
- 8 Actus facultatiui plures enumerantur in quibus nec actio datur, nec exceptio, aut modus aliquis ad prescribendum actiue, vel passiuè adaptatur.
- 9 Amicum si quis hospitio miles exceperit, non per hoc infuturum excipere cogitur.
- 10 Facultatis que sunt, queque in libero consistunt arbitrio, prescribi non possunt.
- 11 Iure qua non consistunt, sed in facultate quadam libera, non admittunt prescriptionem.
- 12 Aduocati qui aliquando fecerunt defensionem in causis pauperum patrocinandis, non possunt cogi ad idem patrociniò in eodem loco continuandum.
- 13 Prescriptio quibus in casibus utpotè facultatiuis non procedat.
- 14 Consuetudo restrictiua libera facultatis, minime datur.
- 15 Possessio manutentiabilis non datur in actibus facultatiuis.
- 16 Prohibitio, seu contradictio cum acquiescentia subsequuta in actibus facultatiuis, inducit prescriptionem.
- 17 Illatio non fit ex diuersis.
- 18 Ius prohibendi in actibus facultatiuis qualiter probatur.
- 19 Actus facultatiuis, emulationis cancellis minime continetur.
- 20 Emulatio non presumitur in aliquo actu, sed potius quod quisquis agat, quod sibi prodest, non ut alteri noceat.
- 21 Actus si dubius sit utrum ad emulationem factus fuerit, vel ut sibi quis consulat, pro hoc secundo capite accipiendus est, nec datur prohibitio.
- 22 Principaliter, quod fit, attenditur, dum actus a libera facultate dependet, non interesse vicini.
- 23 Fundamento destructo, assumptum super eo consistens, destrui necesse est.
- 24 Neapolis, tot sunt sacella sacra constructa, quot pene domus.
- 25 Ecclesie plures sub auspicijs eisdem ubi reperiuntur, ad eas differendum, fit aliqua adiectio.
- 26 Collegium unum, ut discernatur ab altero

- altero, fieri debet aliqua adiectio.
- 27 Collegia, ubi sunt voluntaria, collegia-
ti adstringi non possunt ad ibi perse-
stendum.
- 28 Intrans Collegium voluntarium, po-
test exinde exire, & aliud intrare.
- 29 Damnum tertio contingens ex conse-
quenti, nō autem apposite, dum actus
existit in libera facultate, non est at-
tendendum.
- 30 Laudum promulgatum per Illustrissi-
mum Episcopum, Aloysium Ric-
cium in beneficium Dom. Consilia-
rij Muscettula recensetur.
- 31 Molendina plura habere, Reipub. inte-
rest.
- 32 Publica utilitati, magis fauendum,
quam priuata.
- 33 Lucri quod a priuato percipitur, ratio
habere non potest.
- 34 Vni ex minimis meis, quod fecistis, mi-
hi fecistis, inquit Dominus noster
Iesus Christus.
- 35 Collegia, corporaq; illicita non di-
cuntur, quae ex pietatis opere profi-
ciscuntur.
- 36 Verba Passim, & paucis perceptis
tendunt ad restrictionem regulae ge-
neralis.
- 37 Principis licentia requiritur ut fiant
Collegia, & sodalitates.
- 38 Religionis causa quae fiunt Collegia,
Principis licentia non indigent.
- 39 Consulti de contradictione redargui
non debent.
- 40 Monopolia illicita, non autem licita,
sunt punienda.
- 41 Congregatio hominum licita dicitur,
nec superioris autoritate indiget.
- 42 Petr. Gregor. in syntagm. iur. tit. de
person. par. 2. tit. de collegiat. cap.
32. num. 11. enucleatur.
- 43 Collegia ad vindictam, vel ad malum
dicuntur prohibita.
- 44 Templum sacratissimum, in quo aliquā-
do fiunt caedes, & Palatia in quibus
interdum tractantur proditiones, nō
est ob hoc improbandum.
- 45 Bonum ad finem quae tendunt, ex eo,
quod malum inibi quandoque perpe-
tratur, non sunt reprobanda.
- 46 Galli faciles sunt ad tumultus, dissen-
siones, & res nouas multum deside-
rant.
- 47 Afl. feudorum interpres in Almo stu-
dio Neapolitano.
- 48 Conuenticula de iure causa religionis,
& pietatis sunt approbata in Ciuita-
te Neap. secundum Afl.
- 49 Decian. in 2. tom. tract. crim. lib. 7.
tit. de Colleg. illicit. cap. 20. n. 14.
enucleatur.
- 50 Collegia quando sunt licita, licet licen-
tia pro eorum coadunatione non sit
necessaria, tamen tutius est illam
expetere à superiore.
- 51 Consilij ad instar quae fiunt, non obli-
gant.
- 52 Statuta quae recognosci debent per Su-
periores, exquirunt licentiam ipso-
rum.
- 53 Aduocati debent ducere noctes in som-
nes, ad hoc ut eorum dignè vacent
muneri pro causis patrocinandis.
- 54 D. Augustinus Barbosa Doctor exi-
mius laudatur.
- 55 Licentia peti, ubi Collegia sunt licita,
nunquam iure, vel consuetudine fuit
practicatum.
- 56 Delicta paria, mutua compensatione
tolluntur.
- 57 Congregatio Sanctorum Apostolorum
à catu Domus professa non est discer-
sa, sed eadem quatenus pauperum
Aduocati ibi congregantur, mutatur
tantum locus.
- 58 Ferro viam aperit qui per contraria
procedit.
- 59 Responsoria in laudem Diui Antonij
de Padua, recitari minime prohiben-
tur in alijs Ecclesijs, quam Conuen-
tualium.
- 60 Decretum Sac. Congregationis Emi-
nētissimorum Cardinalium, quod
ubiq; Religiosorum, & Ecclesiarum
recitentur responsoria in laudem
Diui Antonij de Padua, recense-
tur.
- 61 D. Augustinus Barbosa in tract. iu-
ris vniuers. Ecclesiast. tit. de Ho.

Spital. Confraternit. & aliis locis
pijs cap. 11. nu. 75. explicatur.

62 Constitutio Clem. VIII. de anno
1604. die 24. Decembris, quomodo
procedat.

63 Menoch. conf. 28. num. 11. vers. Pri-
mo, omnino consulendus.

ARGUMENTVM:

Actus facultatiui, qui è naturæ
libertate, liberoque proma-
nant arbitrio, vilo quouis
pretextu, nulloque temporis
cursu etiam centenario, siue
immemoriali, præscribi pos-
sunt, In ijs etenim præscri-
ptio minimè oriri concedi-
tur, nisi à die prohibitionis,
seu cōtradictionis cum sub-
secuta acquiescentia, itaque
accipiendum est, quod asse-
ritur consuetudinem liberæ
facultatis restrictiuam ope-
rari posse in actibus facultati-
uiis.

Æmulationis causa quid fieri,
licet sit de iure vetitum, ea-
tamen restringitur proposi-
tio, quoties, vt alij damnum
ex actu æmulato inferatur,
quid peragitur, non autem
siquis prodesse sibi satagat,
parum refragante si damnū
tertio ex actu illo eueniat,
quoniam in consideratione
non habetur.

Collegia licita Pietatis, & Reli-

gionis causa ad libitum in-
stitui possunt, nulla supe-
riorum expetita licentia,
itaque praxim, & obseruan-
tiam inualuisse, maximè in
hac Ciuitate Neapolis, ad
quod singularis *Matthai de
Afflicto* locus de obseruan-
tia prædicta fidem facientis
affertur, atque extollitur.

Consultorum placita, aliorum-
que Doctorum opinamen-
ta, traditionesue, in eum sen-
sum trahenda sunt, vt pijs fa-
ueant, non autem aduersen-
tur operibus.

P R O

Eximio Aduocatorum
Cætu ad tutamen Pau-
perum litigantium Do-
mus Professæ Societa-
tis Iesu.

C V M

Non impari causarum
Patronorum Collegio
Aedium Sanctorum
Apostolorum Cleri-
corum Regularium.

CAP.

C A P. X X X.

SVB VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.

Væ aliàs breui quidem verborum compendio proposui in Supremo Collaterali Cõsilio pro eximijs causarũ Patronis (à quibus satis superque honorarum me sentio, dum in causa eorum propria *Me* omnium minimum in Aduocatum elegerũt) qui eo funguntur pietatis munere, vt patrociniũ, omnemque impendant operam miseris iurgantibus, nè iustas fouentes causas, præ ipsorum inopia, ab eorum iurium prosecutione contra potentes arceantur, pro quibus quidem iuribus secernẽdis, erutinandisvè (licitæ sodalitatibus instar) assuescebant in Sacra, ac Venerab. Domo Professæ Societatis Iesu huius inclytę Ciuitatis, statis diebus se coadunare ad id munus explendum: decurtato sanè sermone scribimus, non tantum vt iisdemmet causarum Patronis meam expetentibus operã (quos in Præceptores habeo) morem gererem, verum etiam (de quo mihi magna cupido inest) vt dulcissimis eiusdem Amplissimi Senatus iussibus, paream.

Et licet consueuerim in alijs meis responsis, non aliter, nisi facti serie præmissa, iuxta *Consultri* monitum, ad ius descendere, cogor in hac causa, (si causę nomen mereatur supplex quidam libellus porrectus Excellentissimo Proregi ad præces nõnullorum Aduocatorum herclè doctorina præditorum) qui eandem pietatis operam sectantes, seq; in Aedibus sacris Venerab. Ecclesię Sanctorum Apostolorum congregantes ad idem munus explendum, ægrè tulerunt operis tam pij, Deo, hominibusq; conspicui exercitium, in alio facello adaugeri, pluraq; in eodem

libello primum; vndè dissensiones paulatim exortæ fuerunt; voce deinde exaggerantes obtinuerunt inhiberi per *Ill. Marchionem Torelli Dominum meum Reg. Capyc. Latr.* (cui negotium à Supremo Collaterali Consilio extitit demandatum) Aduocatorum cætui, quem *Ego* tueor (siue rectius) cui inseruio, nè cæptũ prosecutionis opus, pro cuius inhibitionis reuocatione modò instamus instanter, nè simultates ipsæ in omnimodam pauperum perniciem sint erupturæ, tum ex ordine, cum ex iustitia.

Meo tamen sedet animo, vt pollicitæ studeam breuitati, Contradictentium rationes in medium adducere, ijsq; omnibus occurrere, vt nõ inuiti Aduersę Partis tuitores ab eorum instantijs recedere satius putet, & inhibitoriale decretum iuste contrario reuocandum fore imperio, ipsimet opinentur.

Initium faciunt ex eo, quod æmulationis spiritu nonum hoc paratum fuit opus in Domo Professæ, ab ijs qui in ædibus Sanctorum Apostolorum consueuerant idem peragere ministerium subleuandi pauperes litigantes, proindèque non debere permitti.

Secundo: autumant esse inconueniens, vt in eadem Ciuitate plures adsint sodalitates eiusdem operis sub eodem Sancti Iuonis nomine.

Tertio: asserant emergere quoq; damnum quoad relicta piã, nè ex incertitudine varietur.

Quarto: adstruunt sodalitatẽ Domus Professæ ritè, rectèq; inhibitam, quia absque licentia Principis, quam omnino requiri contendunt, nec amplius si modo expetant obtineri posse, sed indignos euasisse ad eam amplius obtinendam; imò penis coercendos dijudicant.

Quinto & tandem: plura enuntur adducere exempla ad obtentam inhibitionem confirmandam, de Re-

pon-

sponsoris Sancti Antonij, recitatione Rosarij, alijsq; similibus, ex quibus ad rem præsentem arguere fatagunt.

Hæc sunt in effectu, quæ contradicentes Aduocati longo verborum apparatu formant, vt operi tam pio nequm impedimentum præstent, verum etiam penè illud ad exitium deducant, siue ad nihilitatem.

Et priusquã singulis occurramus, quæro Ego ab eis vicissim, quam sustinent personam in hoc (quod effingunt) iudicio? quavè experiuntur actione? Receptum siquidem est, in quocunq; iudicio etiam summarissimo ante omnia personam esse legitimandam ad *tex.* vbi *Scribentes in l. non ignorant, C. qui accusar. non poss. l. si queramus, & ibi Barr. & DD. ff. de restum. l. quidam referunt ff. de iur. codicill. l. si quis, ne questio, & ibi Hippolyt. de Marsil. num. 4. ff. de quest. l. licet C. de procur. l. liber C. de petit. hered. imò persona agentis est principale fundamentum, radix, & causa efficiens cuiuslibet actus secundum *Butticell. in repet. l. 1. S. si quis ita nu. 48. & seq. ff. de verb. oblig. Anton. de Virgil. de legitim. person. in præiud. nu. 6. Scacc. de iud. cap. 62. n. 24. lib. 1. & absq; actione, neminem experiri posse *tex.* est insignis (licet vulgatus) in *l. si pupilli, S. videamus, ff. de negot. gest. l. contra voluntatem, C. de testam. manum. Crau. conf. 80. ad fin. Reg. Valenz. conf. 97. num. 215. concurs. iudem, sese offert***

6 enunciatum, actiones omnes oriri ex contractu, vel quasi, ex delicto, vel quasi, nec alius datur modus, ex quo quis aliter teneatur, *Instit. de oblig. in princ.* At nullum ex his interuenit in thes. nostræ, merito igitur à iudicij limine rejiciendos Contradictores afferimus.

Deficiunt neq; minus circa id, quod prohibere satagunt, actus scilicet

7 facultatiuos, in quibus præscriptio locum non reperit, *l. Proculus 26. ff. de damn. infect. l. 1. S. denique, l. si in meo*

21. ff. de aqu. plu. arc. l. viam publicã ff. de via publ. Innoc. nu. 5. & Canonista passim in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propriet. vbi Rip. nu. 45. & seq. Cardin. Mantica. de tacit. & ambig. conuent. tit. 15. nu. 63. & 68. Boer. dec. 125. Alber. Bruu. conf. 56. Martin. Vran. conf. 21. n. 6. tom. 2. vbi *Additio, Afflict. dec. 388. n. 4. Reg. Valenz. conf. 149. n. 30. vbi meminit pragm. Regn. Inuictissimi Caroli V. Casaris, quæ est 14. sub tit. de Baron. de qua Io. Vinc. Ann. alleg. 116. num. 2. & sing. 557. Morot. respõs. 64. n. 1. Thes. dec. Pedem. 16. n. 6. Couarr. in reg. possessar. 2. par. S. 4. nu. 6. Thes. decis. 16. per tot. Seraph. dec. Rot. Rom. 716. nu. 10. & 11. & dec. 813. n. 5. Surd. conf. 127. nu. 18. & 81. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iudic. cent. 2. casu 160. nu. 7. & in conf. 201. nu. 62. lib. 3. & conf. 143. nu. 2. & 3. lib. 2. Reg. Galeot. lib. 2. controuers. illustr. cap. 42. nu. 1. & 6. vbi relatis Bald. Ang. Barbat. Aretin. Corn. Bald. & Menoch. exempla adducit de actibus facultatiuis, vulgaria, sed quæ rei de qua agimus, quadrant bellissimè; si quis etenim per viam publicam, deambulauerit pluribus, reiteratisque vicibus, non potest ab aliquo cogi, vt eam frequeret, quia libertatis actus est à iure publico permixtus, ideòq; nec actio datur, nec exceptio contra aliquem nullo vnquam tempore, nec modus adaptatur ad præscribendum actiuè, vel passiuè, de quo est *tex. in d. l. viam publicam, etiam si per mille annos actum quis fecerit, qui in mera facientis facultate consistit, sicuti eleganter ponderat Francisc. Stephan. decis. Aquens. Cur. dec. 43. n. 1. & 2. & decis. 72. nu. 10. vers. Ergo, vbi singulos casus percurrit Gomez. variar. resol. cap. 15. n. 28. vers. Item adde tom. 2. Gregori. Lopez in l. 25. tit. 32. par. 3. glos. fin. Bertrard. conf. 234. n. 1. lib. 3. Aliud expendit exemplum,**

9 Reg. Galeot. in illo qui millies apud se amicam hospitio acceperit, vt nõ cogatur iu futurum excipere, adducens

cens, Bart. in l. cum de in rem verso num. 14. ff. de usur. Napodan. Garz. & Escobar in locis indicatis per ipsum Ceuall. in tract. comm. contra comm. q. 501. nu. 15. cum quinque seqq. D. Castill. de tert. debit. cap. 32. num. 13. ubi plura recenset, eisque arrident, quæ tradidit D. de Marin. quotidianar. resol. cap. 63. nu. 5. & cap. 78. num. 8. cum duob. seqq. & Dominic. Arumgus in lib. exercitatioz. exerc. 6. cap. 9. eam expendens rationem, quia quæ in facto consistunt, meræ facultatis sūt Vuesenb. conf. 2. num. 94. cum seqq. ubi luculenter Gratian. discept. forens. c. 88. num. 14. tom. 1. omnium optimè Reg. Valenz. conf. 149. num. 32. tom. 2. Tertium nos addamus exemplum, Aduocati quamplurimi ceteris adierunt Aedes sacras Sanctorum Apostolorum Relig. Cleric. Regularium, in quibus se congregare consueverant pro subleuandis pauperibus litigantibus, iisque patrocinium præstandis, renuunt modò nonnulli illuc accedere, eandemque præstant operam in Venerab. Domo professæ Societatis Iesu, erit nè locus prohibitioni? Siquis attentè consideret actum hunc esse facultatiuum, qui à libera Aduocatorum voluntate promanat, quique nullam habet antecedentem causam obligandi, certè mecum assentiet, seu mauis cum Balb. in tract. de prescript. q. 4. p. 5. part. principal. relato à Dom. Galeot. d. cap. 42. num. 6. aiente quod si feci sæpissimè actum

10 qui pendet à sola libertate, & facultate mea ad alicuius commodum, nunquam ille aiiqua temporis præscriptione, ius aliquod acquirat, a- liam uè obligationem cõtra me, fuit etenim talis facultas, ex qua per explicationem actus, nullum ius, nulla actio oriri, nullaque exceptio quæri potest, sed solum insurgit explicatio eius, quod in libero explicatis arbitrio consistebat, siue in puram, & liberam voluntatem explicantis collatum erat, optimè Castill. de tert. de-

bit. d. cap. 32. num. 2. inquiring prædi-
 11 cta non in iure aliquo consistere, sed in facultate quadam, adducens nedum iura à Me allata, hoc eodem respons. vers. Deficiunt nec minus, verum etiam text. in l. qui iure familiaritatis, ubi glos. & Scribentes ff. de acquir. possess. aliosque DD. Classicos glomerat, quibus conducunt tradita per Dom. Larrea allegat. fiscal. lib. 1 alleg. 50. nu. 27. vers. Octauum.

Et si contradicentium asseueratio iustitiæ specimen aliquod haberet, utique Aduersæ parti actio nulla competeret, posset tamen (secundum eorum asseuerationem) ius tribui pauperibus litigantibus, quibus quandoque fuit præstitum patrocinium, ut cogant Aduocatos ad sibi ipsis iterum, & semper patrocinij præstationem continuare in Aedibus
 12 Sanctorum Apostolorum.

Prodeat ergo ad arenam pauperes iurgantes, prouocet ad iudicium Aduocatos quos mulctari instent, illosque condemnari faciant ad femel, siue pluries præstitum patrocinium eodem in loco nunquam deferendum, iam quod habent, qui eos in hoc etiam defendant, iustamque causam fouere consulant, & cõtendant? si tamen uti portentum quodam, & monstruosum non videatur, proindeque explodendum, obliuionique tradendum, ex iis permaximè, quæ singulariter obseruat Castill. loco citato nu. 3. ad 13. casus ferè omnes percurrens,

13 in quibus præscriptio non procedit, uti in rebus facultatiuis, scilicet iure eundi, venandi, piscandi, molen di, vel non venandi, vel ædificandi, vel non ædificandi, & eruditè, ac luculenter, de more edocet Illust. Marchio Torelli Reg. Capic. Larr. Dominus, & Præceptor meus, consult. 110. nu. 8. par. 2. adducens præ cæteris Thes. decis. 245. nu. 3. Ego ipse in respons. edito pro Dom. meo Consiliario Muscettula, tot tantisque mihi extollendo nominibus, quod est insertum in 1. discep.

fo-

forens. cap. 47. num. 35. vbi nonnulla adduxi, signanter *num. 25. Thef. decis. 245.*

Ed tamen Contradicentes deuenerunt, vt in Supremo Senatu asseuerarint eos inniti consuetudini adeundi. Aedes Sanctorum Apostolorum, ex qua modò Aduocatis non licet Domum Professam ad idem explicandum opus accedere, sed pro-
 14 bent, necesse est in actibus facultatiuis operari consuetudinem liberę facultatis restrictiuam, cuius contrarium mihi suadet *Calderin. conf. 1. & 3. tit. de Consuetud. Dec. conf. 175. sub num. 6. vers. Præterea licet, Roland. conf. 53. nu. 38. lib. 2. & conf. 21. nu. 14. lib. 2. Reg. Galeot. d. cap. 42. num. 4. Menoch. conf. 143. num. 2. & 3. lib. 2. Ludouis. dec. 162. num. 10. ex quorum placitis elicitur, consuetudinem induci non posse in ijs actibus, qui à mera facultate procedunt, nec in eis fundamentum posse fieri, itaq; Rotã Romanam censuisse in vna Viterbienf. decursus aquarum die 15. Martij 1604. testis est idemet Ludouis. d. decis. 162. in fin.*

Cuius rei ea expèditur ratio, quia præscriptio non procedit sine possessione *l. sine possessione ff. de usucap. cap. sine possessione de reg. iur. in 6. l. acquiritur in fin. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. §. per seruum ff. de acquir. possess. Bart. in l. Stichon. 2. ff. de usufr. legat. Bal. in l. 1. §. hoc tantum ff. de usucap. Abb. conf. 55. num. 3. par. 2. Couarr. in regu. Possessor in initio n. 1. Snar. alleg. 6. n. 16. Petr. Barbof. ad l. 2. C. de præscript. 30. vol. 40. annor. nu. 6. Medina in Codice de restitution. q. 17. col. 2. & exornat Caldas de renouat. emphyt. q. 15. num. 41. Reg. Valenz. conf. 33. n. 216. & n. 217. vnde inquit vulgare illud processisse axioma, quod tantum præscriptum, quãtum possessum *cap. dilecto de offic. Archid. glos. in cap. auditis, verb. Interruptione de præscript. Mas. in l. imperium nu. 23. ff. de iurisd. omn. iudic. Crau. conf. 972.**

n. 17. vol. 5. Decian. respons. 11. nu. 27. & respons. 22. nu. 27. vol. 1. cap. auditis de præscr. Euerard. in loc. à concessione antecedentis nu. 4. & loc. à ratione legis larga n. 79. Rolan. à Vall. conf. 69. n. 32, lib. 3. Altamur. de visitat. verb. debeant, n. 28.

Quin amplius: ad rem satis Oliuer. Beltram. in addit. ad d. decis. Ludouis. nu. 15. lit. C. vers. Ex actibus facultatiuis, adducens *Dec. conf. 8. Surd. conf. 127. num. 81. aliamque Rotalem decisionem 778. num. 5. par. 1. diuers. & decis. 536. sub num. 4. par. 2. in recent. innuit adeò veritate niti eiusmodi propositionem, quod ex actibus facultatiuis non inducitur consuetudo, vt apertè tenuerit in huiusmodi
 15 actibus non dari possessionem manutenuibilem, ex decis. per Rot. decis. 555. sub nu. 1. par. 1. in recent. eamq; locum sibi vindicare non obstante temporis lapsu, etiam immemorabili ex dictis per *Surd. d. conf. 127. n. 82. in fin. & seq. oportet etenim ad finem inducendi præscriptionem, vel con-
 16 suetudinem in actibus facultatiuis, quod præcedat prohibitio, seu contradictio cum subsequuta acquiescentia, ex traditis per Castrenf. in l. qui hominibus num. 2. vers. Sed tamen, ff. de seruit. urban. prædior. Couarr. in d. regu. Possessor par. 2. §. 4. n. 6. & ante eum Boer. q. 125. col. 2. Crau. de antiquit. tempor. 4. par. cap. materia ibid. nu. 98. Seraphin. decis. 1086. nu. 1. Rot. dec. 530. num. 2. & 3. par. 2. in recentior. Gonzal. in reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 6. nu. 36. & 37. Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 3. nu. 35. & 36. Surd. d. conf. 127 num. 23. & seq. Rol. conf. 21. num. 13. 14. & 15. 2. vol. Castell. d. cap. 32. num. 10. Ill. Marchio Torelli d. consult. 110. num. 14. Ego d. cap. 47. num. 36. eisque concinunt, lato, quæ expendit calamo insignis Castell. Sotomayor de tertijs debitis cap. 32. num. 2. & per tot. cap. de rebus facultatiuis, innumeros recolens Authores, & de Castell. meminit Dom. Larr. allegat. fiscal. lib. 2. alle-**

allegat. 92. num. 6. vers. Quarto quia,
& alleg. 94. num. 8. ubi eandem com-
probat propositionem, Franc. Ste-
phan. decis. Car. Aquensis decis. 9.
num. 10.

Cumque audierint Aduersarij,
Nos ad eorum præntensionem euani-
dam demonstrandam, asseruisse ip-
sos neque legem habere, neque cõ-
suetudini inniti posse (prout abundè
modo probauimus) aut pacto quo-
piam se iuuari, ex quibus alteri Ad-
uocatorum cætui inhiberi facere
valuissent, euolarunt ad suadendum
habere pactum, idque tribuunt, eo,
quod in electione officialium ipsi-
mèt causarum Patrõni interuene-
runt; Sed eiusmodi profectò assertio
nullo sustinetur fundamento, cui
etenim obuium non fit, quod (si gra-
tis demus) interuenisse Aduocatos
ipsum in actu electionis, non per hoc
præscriptam esse facultatem ipsam,
quæ à libertate dependet adiuuan-
di pauperes in Aedibus Sanctorum
Apostolorum, inre asserendum est?

Modo etenim non agitur de an-
nullanda electione, sed de casu satis
diuerso, imò qui toto distat celo,
17, vndè illatio fieri non valet, l. Papi-
pianus exuli, ff. de minor. cum concord.
& cum res plana quippè dispicitur,
non est cur plura ad eandem sua-
dendam expendamus, licet multa
proferre possem argumenta, quæ
hæc eorum opinamenta inefficacia
redarguunt, atque euincunt; ex ad-
ductis post alios per Dom. Reg. Ca-
pic. Latr. d. consult. 110. num. 13. vers.
Nec etiam, dum inquit in casu suo nõ
potuisse de figurato iure prohiben-
di aliquo pacto partem aduersam
se iuare, cuius rei dum rationem
vult reddere, ea protulit verba sane
18 aurea. Cum nec priuilegium ostendat,
nec aliquam consuetudinem, vel præ-
scriptionem legitime probauerit, prout
de iure requiritur, vt plenè per Affl.
decis. 338. Thes. decis. 16. Koppen. decis.
20. nu. 19. Quid clarius ad rem no-

stram? quid apertius?

Hæc modo præfati; quæ ordinatè
præposuimus Contradictentium as-
sumpta, initio huius respons. dispun-
gamus sigillatim.

Primum consistit, in efficta æmu-
latione; quasi quod Aduocatorum
cætus Domus Professæ, ad æmulan-
dum alteri Aduocatorum cætui Sã-
ctorum Apostolorum, Domum Pro-
fessam petierit: At longè aberrant;
19 nam actus ille facultatiuus eundi
quò libet, emulationis cancellis mi-
nimè continetur, per tex. celebrem,
in l. altius, C. de seruit. & aqua, cui cõ-
cordant tex. in l. cum eo, & in l. Impe-
ratores, ff. de seruit. urban. prædior. &
in l. si quis, S. si iussero, vers. In opere;
20 ff. quod vi, aut clam, nec æmulatio
præsumitur, sed potius, quod quis-
quis agit id quod sibi prodest, non,
vt alteri damnum inferat, glos. est
notabilis in l. fluminum. fin. vers. Non
tenet, ff. de damn. infect. quam ibi se-
ctantur omnes; imò communem ef-
se sententiam tenet Io. Orsò; in l. ex
hoc iure nu. 37. ff. de iust. & iur. Padill.
in repet. d. l. altius nu. 22. Bal. in l. Item
lapilli col. 2. ff. de rer. diuis. Ann. alleg.
91. num. 5. vers. In dubio autem, Thes.
decis. 245. num. 6. Cancer. variar. resõl.
lib. 3. cap. 4. tit. de seruit. nu. 250. vers.
De iure tamen in fin. Dom. Marchio
Torelli toties recensita consult. 110.
nu. 6. vers. Sicuti regulare est. Ego in d.
1. semicentur. cap. 47. num. 27. vers. In
dubio etenim, & vt perbellè obseruat
Padill. loc. adducto n. 22. etiamsi mix-
21 ta esset consideratio, quod actum
quis faciat, cum vt sibi prosit, tum vt
vicino æmuletur, non datur prohi-
22 bitio, quia attenditur id quod prin-
cipaliter peragitur, non interesse vi-
cini, dum actus à libera facultate
dependet, Bal. cons. 71. vol. 1. & cons.
34. & in l. 1. oppos. 13. C. de sentent. que
pro eo quod inter. profer. Lipar. ad Iser.
in cap. 1. tit. que sint regal. in verb.
Flumina nauigabilia, vers. Item oppo-
nitur, inquiring esse menti tenendum,

& de hoc esse elegans *consilium Lufred. 13. & decisionem Afflict. 338.* quorum memini *Ego in dicto cap. 47. num. 29.* & prius adnotauerat *Dom. Marchio Torelli d. consult. 110.* ubi plura alia adduxerat *num. 36. vers. Nec tandem* eisque suffragantur tradita per *Caph. conf. 130. nu. 15. lib. 1. Borrell. conf. 3. nu. Gayll. practicar. obseruat. obser. 69. nu. 31.*

Quò fit, vt ex prædictis ruant cū primo, Contradicientium assumpto, secundum, & tertium, de inconuenienti, & damno, quasi destructo fundamento ad *tex. in l. eum qui ades, ff. de usucap.*

Nam respectu inconuenientis, nullum video considerabile ex præallegatis, Quod enim adstruunt Contradicientes non debere duo esse, Collegia eiusdem muneris, quæ titularem habeant Patronum Sanctū
 24 Iuonē, ictu oculi diluitur; videmus etenim in Fidelissima hac Ciuitate Neapolis in qua tot penè secerantur sacella, quot domus, fuisse plura templa constructa sub eodem tutelari numine, ex quibus ne confusio oriatur populo circa deuotionem, fit aliqua adiectio, sic habemus
 25 Templum Trinitatis Italarum, & alterum Trinitatis Hispanorum, veneramur pariter Sacellum Conceptionis Intemeratæ Virginis Italarum, & alterum Hispanorum, Rursus Ecclesiam adoramus Matris Beatissimæ Virginis Sanctæ Annæ Longobardorum, & S. Annæ Hispanorū, aliaque plura enumerare possem similia in hac Ciuitate, in qua ex Incolarum pietate, atque Religione in dies Dei cultus augetur, passimque instaurantur, nouaque eriguntur altaria, Ecclesiæque construuntur; id quod de iure procedit, sicuti docet *Perr. de Ancharan. in cap. dilecta num. 6. vers. Sed hinc incidenter*, inquitens ad hoc,
 26 vt discernatur vnum Collegium ab altero debet fieri aliqua adiectio, vnde vt Contradicientibus mos ge-

ratur, & euitetur inconueniens, vnū erit Collegium Sancti Iuonis in Aedibus Sanctorum Apostolorum, alterum verò Collegium erit Domus Professæ, sicuti nec inconueniens diiudicauit *Innoc. in d. cap. Dilecta, num. 3. vers. Item* inquitens eiusmodi Collegia esse voluntaria, ideoque Collegiatos non posse cogi ad ibi
 28 persistendum; imò qui iam intraerunt, posse exinde exire, & aliud intrare, & *Anchar. in d. cap. Dilecta nu. 4* pulchrè tradit voluntarium esse ingressum, & egressum, licet mihi innotuerit ad sedandos Contradicientiū animos cærum Aduocatorum Domus Professæ alium elegisse Patronum Sanctum Eleazarum (meum herclè in hoc nō adhibui cōsiliū) & sic omnia euanescent inconuenientia.

Destruitur etiam ex ijs, quæ modo exarauimus, vers. *Primum consistit*, assumptum de damno, quod sanè nullum adest, & (quatenus manus demus Contradicientibus) imminere
 29 re damnum eorum Congregationi, id sanè considerandum non est, quia consistit in libertate eorum, qui huc, vel illuc, pro libito voluntatis interesse volunt sicut in terminis (vt aiūt) terminantibus tradit *D. Marchio Torelli d. consult. 110. num. 36. vers. Nec tandem, Dec. & Cagnol. in l. nullus videtur, ff. de reg. iur. Menoch. de presumpt. cap. 29. num. 10. vers. Hinc dicimus lib. 6. nonnulla per Me in 1. Semicentur. discept. forens. d. cap. 47. num. 29.* itaque decisum in Senatu Pedem. testatur *Thef. decis. 24. nu. 1.* & in causa illa percelebri, Dom. mei Consiliarij Francisci Antonii Muscettulæ emeritissimi nunc vnus Aulæ Sac. Conf. Præfetti, super qua calamum arripui in *d. cap. 47.* fuit promulgatum laudum per celeberrimum Episcopum Aloysium Ricciū Arbitrum in fauorem d. Dom. Consiliarii secundum scripta in *d. cap. 47* in cuius calce imprimi curauimus laudum

dum prædictum, & modò addimus, quæ fuse tradit *Ludovic. Casanat. cōf. 21. nu. 8. & cōf. 32. num. 10.* post *Bart. in l. si mihi, & Titio n. 3. ff. de legat. 1.* quorū meminit *D. Io. Christophor. de Suelues consilior. decisuor. cōf. 8. nu. 6. vers. Nec in hoc lib. 1.*

Quorsum plura? noster sit sermo, *Est, Est, Non, Non*: Concedit Aduocatorum cætus Domus Professæ ad esse æmulationem erga Congregationem Aedium Sanctorum Apostolorum, quodq; inconueniens irrepat, & dānum indè emergat, quid indè? Aemulatio hæc ad bonum tendit; iuribus fouetur; Doctorum cōuallatur placitis, ac Apostoli hortatu suadetur ad æmulandum charismata meliora; Cedant ergo Contradicentes tot exagitatis moliminibus aduersus Pauperes litigantes, in quorum leuamen satis expedit non duo, sed plura ad esse Collegia, plures Congregationes, Cætus innumeros *l. publicas in fin. C. de fer. Raudens. decis. 9.* adeantq; mecum *Dom. Marchionem Torelli* (vt cæteros alios lubens, sciensq; præteream) *in d. consult. 110. nu. 37.* qui in casu consultationis edocet satis lepidè maiorem ciuium commoditatem esse
 31 expetendam, publicèq; interessè plura habere molendina, nec vnum, alterum impedire valet, vnde subdit (& hic casus est in quo versamur)
 32 magis fauendum publicæ utilitati,
 33 quàm priuatæ, lucri etenim quod à priuato percipitur, ratio non habetur *l. 1. S. denique ff. de aqua plu. ar. cend. cum concord. adductis.*

Or si inprophanis quidem rebus prædicta de iure procedūt, quāto magis in pijs operibus exercēdis tenendū est? ex quibus Aduocati Deo famulatum præstant erga pauperes oppressos, charitatis munera exercentes, iuxta illud, *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Quæ uè maior inest ratio, vt licitum sit iis tantummodò, qui ædes Sāctorum Apo-

stolorum adeunt, pauperibus patrocinium præstare, aliis verò eligentibus Domum Professam denegetur, & inhibeat? quasi quod charitas circumscribatur loco, cuius contrarium cecinit Poeta, inquiring.

Christus in totis habitat plateis.

Christus ubique est.

Dominorum meorum doctrina prædicatorum esto iudicium?

At nè vel umbra dubitationis remaneat, transgrediamur nunc ad quartum Contradicientium assumptum, qui totam victoriæ spem constituunt, aientes, non posse sustineri Aduocatorum cætum Domus Professæ ex defectu licentiæ non obtentæ à Supremo Senatu, eamque modo elargiri non posse, quasi quod in crimien inciderint, vt omnibus exuantur gratiis, imò pænis digni sint, vt coerceantur.

Ni proprijs hæc audissemus auribus in Supremo Collat. Conf. vtique nequidem subtilissimus Chrysippus mihi persuadere potuerit, Audiunt quæso resolutionem non ex tenui nostra Minerua proficiscentē, sed ex eleganti responso *Martiani Iuriscons. in l. 1. ff. de Colleg. illicit.* vbi dum prohibita enumerat Collegia, corporaque illicita, eodem fermè periodo, vnico quasi efflatu restringit generalem præpositam prohibitionem in Collegijs, quæ fiunt ex pietatis opere, quæ ex sola voluntate, & absque alia licentia constitui posse exclamat *in d. l. 1. ibi, Sed religionis causa coire non prohibentur, vbi glos. celebris,* & per prius docuerat *Caius Consultus in l. 1. ff. quod cuiusque uniuers. nom.* inquiring, *Neque Societas, neque Collegium, neque huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur, nam & legibus, & Senatus Consultis, & principalibus Constitutionibus ea res coercetur paucis perceptis;* Ea etenim verba *Passim, & Paucis perceptis,* tendunt ad restrictionē regulæ geueralis, quod non possint

37 fieri Collegia, & Sodalitates absq; Principis licentia, nisi tamen essent causa religionis, & pietatis, quod comprobatur apertè *glos. in d. l. 1. quod cuiusque vniuers. nom. verb. Aliorum, vers. Item causa religionis, dum ad eam thesim comprobendam allegat tex. in d. l. 1. §. sed religionis, ff. de Colleg. illicit.*

Hinc *Bart.* omnium Magister in *l. sodales 4. num. 6. ff. de Colleg. illicit.* in puncto hæc protulit verba, *Quædam Collegia approbantur de iure ciuili, ut Collegia, que fiunt causa religionis, ut sup. ead. l. 1. §. sed religionis, unde Collegia disciplinatorum, & Collegia misericordie, & Collegia iuuantium oppressos, & similia sunt approbata de iure communi.*

Nec faceffit negotium, quod ex *Aduerso ponderatur de text. in l. 3. §. in summa, ff. de Colleg. illicit.* faciunt etenim vim ad persuadendam necessitatem licentiæ pro instituendis Collegijs in illis verbis, *In summa autem, nisi ex Senatus consulti auctoritate, vel Casaris, Collegiũ, vel quodcunque tale corpus coierit, contra Senatus Consulti auctoritatẽ, vel Casaris, Collegium, vel quodcunque tale corpus coierit, contra Senatus Consulta, & Mandata, & Constitutiones Collegium celebrat;* Sed memoriæ recollant verba prædicta non posse accipi, nisi de Collegijs illicitis, de quibus *tex. ille* in principio loquitur, dũ inquit, *Collegia si qua fuerint illicita;* & hæc est generalis propositio *tex. in l. 1. ff. eod.* ex quo prohibentur Collegia, aliaque corpora formari absq; Principis licentia, excipiuntur tamẽ ea, quæ fiunt causa religionis, sicuti *textus met in d. l. 1. §. sed religionis* apertè insinuat.

Et nõ de hoc hæsitari contingat *glosa in d. l. 3. §. Illicita rem clariorem faciens, hæc protulit verba, Qualia sunt omnia (scilicet Collegia) nisi probentur licita: ad quod comprobandum non alia allegat iura, nisi d. §. in*

summa, text. in l. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nom. & in l. Collegium, C. de hered. instit. in quibus apparet dispositum, Collegia licita ab illicitis factis differre, quoad licentiam impetrandam, nam si omnia Collegia etiã licita licentia indigerent, *tex. in d. l. 1. §. Sed religionis* seruiret de vëto, quodque dignum consideratione est, *Martian. Consultus conditor tã l. 1. quàm l. 3. in qua continetur §. in*

39 *summa* argueretur de contradictione, quod neque per somnium excogitari potest de Legislatore.

Adstipulantur prædictis Imperiales Constitutiones, tam in *l. vnic. C. de monopol. vbi Imperator Zeno* pænas adaugens iis qui Collegia formant absque licentia, imò monopolia, eas locum sibi vindicare statuit in illicitis, non autem licitis in *fin. d. l. vnic. ibi, Si in prohibitis, quàm in l. Collegium, C. de hered. instit. vbi Diocletianus, & Maximianus* approbant Collegia licita, ut possint etiam institui, secus illicita.

Eisque concinunt Scribentes omnes quotquot de materia verba fecerint, quorum vel nomina referre superuacaneum foret, adducimus tamen *Bal. conf. 262. & seq. volum. 2. & conf. 425. vol. 5. Crau. conf. 4. num. 14. & 25. Ranch. in addis. ad Guid. Pap. dec. 106. in verb. Omnes ville inquis* 41 *pro causa licita, licet sine superioris auctoritate se congregare, ibique gemina Annotatio Ferrer.*

Nec video quomodo Contradictentes adduxerint pro eorum præ- 42 *tensione coadiuanda Petr. Greg. in suo syntagmat. iuris, nam in meo Codice (si mendosus non est) contrarium mihi protenso quasi digito demonstrat in tit. de person. par. 2. tit. de Collegiat. cap. 32. num. 11. ibi, Religionis tamen causa coire non prohibentur homines, dum tamen hoc non fiat contra Senatusconsultum, quo illicita Collegia coercentur, quod ut clarius elucefcet, adducit Rebuff. in 2. tom.*

Con-

Constit. Francia tit. de Confratrijs, seu artificum Conuentibus. & Colleg. qui nu. 2. allegans tex. in d. l. 1. ff. de Colleg. illicit. inquit.

Item dicit tex. in l. 1. & per tot. ff. de Colleg. illicit. quod licita sunt omnia Collegia, quæ causa religionis sunt, dū tamen per hoc non fiunt contra Senatusconsultum, quo illicita Collegia coercentur: ut si quis facere volebat Collegiam ad vindictam, vel ad malum, hoc erat prohibitum. Sed cum syncerum fit Collegium licet aliquando quedam eueniant mala, non est ob hoc improbandum aliàs reproberetur Templum sacratissimum: in quo aliquando fiunt Cædes: & Palatia in quibus interdum tractantur proditioes: sed absit, ut ea quæ ad bonum fiunt reprobemus, ex eo quod malum inibi quandoque perpetretur cap. de occidendis 25. q. 5. Bar. in l. 1. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. & l. 1. de Colleg. illicit.

Et licet allegetur idemet Petr. Greg. in tit. de Republ. cap. 3. lib. 13. vbi agit de reformatione abusorum reformatandorum in Regno Franciæ, in quo ex peculiari edicto de ann. 1539 per Regem Franciscum I. fuerunt sublatae omnes Fraternitates, quini-
mò & ordinatione Regis Hærici II. constitutum deindè fuit, ne vlla congregatio, coitio, & cætus Gallis, Assemble, fiat sine authoritate, & præsentia Magistratus Regij, quarum Constitutionum meminit Petr. de Gregor. in locis adductis, Ferrer. in 1. addit. ad Guid. Pap. dec. 106. tamen nõ corrigi se quoad ea, quæ dixerat in d. tit. de person. nam fundat se semper in tex. in d. l. 1. S. Sed religionis, ff. de Colleg. illicit. & tamen quando loquitur in Regno Franciæ, conformat se illius Regni peculiaribus Constitutionibus, vndè Anonymus quidam, in Annot. ad Guid. Pap. d. dec. 106. breui quidem, sed pulchra narratione tradit in verb. Frandes; Hoc benè or-
46 dinatum fuit in Curijs Franciæ, quia Galli faciles sunt ad tumultus, dissen-

siones, & res nouas, multum desiderant, teste Sallust. Tito Livio, & Commentarijs Iulij Caesaris.

Sed cur diutiùs immoramur ad exteros Doctores consarcinandos, vt tam claram probemus propositionem? Descendat in arenam Mattheus de Afflict. vir patritius Neapolitanus, Regius Consiliarius, ac feudorum interpres celeberrimus, cui benè poterat innotescere, si licentia opus esset in Collegiis causa Religionis instituendis in Ciuitate Neap. Ipse etenim in commentar. cap. 1. S. Conuenticulas num. 2. de pact. iuram.
48 firman. hanc fecit attestationem. Tertiò sunt permisse Conuenticula de iure causa religionis, & pietatis, vt sūt hodie disciplina Confratrum, & alia Collegia, quæ fiunt causa deuotionis, de quibus plures sunt in ista Ciuitate Neapolis; iusta enim Collegia sunt approbata de iure communi, vt in l. 1. S. sed religionis, & ibi Bart. ff. de Colleg. illicit. & Affl. adducto ac Bartol. in locis citatis tenet expressè Mart. de iurisd. cap. 23. par. 2. nu. 18. inquit vtroque iure expeditum esse, Collegia, quæ tendunt ad finem deuotionis, esse licita, peculiaria iura designans cum Authoritatibus.

Quæ sanè Afflict. autoritas tantum valuit, etiam apud alienigenas, vt Tiberius Decianus de nostra Iurifrudentia optimè meritus in 2. tom. tract. crim. lib. 7. tit. de Colleg. illicit. cap. 20. nu. 14. excitans quæstionem, an Collegia etiam licita, possint se conuocare licitè, & sine pœna, absq; superioris authoritate, distinctionis fædere rem concilians d. nu. 14. vers. Aut querimus, inquit, quòd in Collegijs, & Confraternitatibus licitis, licet quandocunq; coadunari, quia præsumuntur ad bonum finem, & sic hodie passim sine licentia conuocantur adducens Felin. in cap. accedentes col. 1. & 2. de præscr. Boer. in tract. de seditio. in 5. præsuppos. & Coronidis instar, Affl. d. S. conuenticulas.

Nec

Nec præstat obicem *Decian.* ipse, dum *nu. 15. eiusdem loci, vers. Et licet,*
 50 asserere videtur tutius esse in Collegijs etiam licitis à superiore licentiã expetere, ne sub prætextu religionis mala moliantur, ideòque approbari debent prius visis, & approbatis, seu correctis, aut modificatis eorum statutis.

Nam in primis fari possumus, ad
 51 modum consilij, *Decianum* prædicta exarasse, quod sanè non obligat ad *tex. in l. filiusfam. S. Diui in fin. ff. de legat. 1. cum sexcentis concordant.*

Rursus: inquit *Decian.* quod sub prætextu religionis possunt mala moliri, sed in re nostra ineptum esset sanè id asseuerare, prout mox insinuabimus.

Vtque radicitus, *Deciani* dictum euellamus. Ille loquitur quando
 52 sent statuta, quæ recognosci debent per superiores, at in Aduocatorum cætu (cui operam nostram qualem qualem impertimur) nullum adest statutum. nulla ordinatio, nisi patrocinium pauperibus litigantibus præstandi; sed fallor; perperam egi, dum dixi nulla esse statuta, imò sunt quàm plurima, si tamè processus, eorumque folia persæpè innumera, statuta velimus appellare, ea tamen non sunt reuidentia, vt approbentur à Principe, siue supremo Senatu, sed à cau-
 53 sarum Patronis attentè sedulòque discutienda, noctes ducentibus insomnes, ad hoc, vt eorum dignè vacent muneri pro pauperibus auxiliandis: Est igitur pro nobis *Decianus* nostramque sustinet aleam.

54 Exeat modò *D. Augustin. Barbos.* Doctor Lusitanus à nobis, alijs in scriptis Typis editis collaudatus ob eius ingenij quamplura monumenta posteritati tradita, cuius dictis occurrere etiam suadet animus, ne ex ijs Contradictentes quicquam haurire cogitent. Ipse etenim in *Tract. Iuris Ecclesiastic. vniuers. cap. 11. tit. de Hospital. Confraternit. & alijs locis*

pp. vers. Porro num. 74. vers. Verum, tradit Cōfraternitates Religionis, & Pietatis licitè institui non posse, nisi prius à Principe, aut alio legitimo superiore earum statuta examinentur, & approbentur, subdens prudenter legibus Castellæ constitutum, esse, adducens *leg. Regiam in l. 3. tit. 14. lib. 8. nov. Recopil. Azened. Auil. Guttier. Mart. Petr. de Greg. in d. cap. 3 de Repub. & Decian. in loc. proxime relato.*

At si ab ijs quæ modo tradidimus ad euadendum placitum *Deciani* oculos quis non retrahet, displicet procul dubio etiam *Barbose* dictis fuisse factum satis, nam innititur ipse locali Constitutioni Regni Hispaniarum.

Itidem: in casu quo ex coadiunatione mala possunt moliri, & iterum quando Confraternitates habent peculiaria statuta, præcipuasque ordinationes; merito igitur dicimus nobis oppidò suppetias ferre eundemet *Barbos. loc. cit. num. 73. vers. Porro,* vbi post exaratum axioma prohibitum eiusmodi corporum, & Collegiorum absque Principis licentia *ex text. in d. l. 1. ff. de Colleg. illi. cit.* principalem restrictionem eam esse suadet, quando Collegia eisque similia Religionis, & pietatis causa instituuntur.

Vt inde pateat Commilitonem nos habere *Augustin. Barbos.* non contradictorem; Nimirum ergo si Aduocatorum cætus Domus Professæ, licentiam non expetit vtpotè non necessariam, minusque Iure, vel cōsuetudine requisitam, vel practicatam teste *Affl. in d. S. Conuenticulas num. 3.* ac post *Affl.* tempora tot lustrorum curriculo nusquam in similibus obseruatam.

Id quod fuit probè obseruatum ab eisdemmet Contradictentibus, ipsi enim prædicta callentes (vti Aduocati peritissimi) nequidem expectauerūt licentiam pro se congegrādis

dis in Aedibus Sanctissimorum Apostolorum, vnde non est cur Cætui Domus professæ opponat, paria etenim delicta mutua compensatione tolluntur, cecinit *Papinianus in l. viro atque uxore 40. ff. sol. matr. vbi Accurs.* in verb. *Paria* affert iura cõcordantia, & in verb. *Accusantibus in fin.* iocosè inquit. *Nil Catilina Cethego* (Ambo etenim contra Rempub. conspirarunt) adducens quoque *text. in l. quoniam S. interesse C. de heret.*

Et quatenus innituntur supplicii cuidam libello per ipsos porrecto suæ Excell. (quæ adhuc nõ vidimus, audiuius dütaxat) nomine Cõgregationis Sanctõrum Apostolorum, ex quo asserunt illis fuisse impetratam licentiam, gloriatur Cætus Domus Professæ de tali licentia, & quas valet gratias refert, nam ea proficua pariter erit eorum Cætui Domus Professæ, nam idem est Collegium, idem pium exercetur opus vtrisque
57 in ædibus, nec diuersa est Congregatio Sanctõrum Apostolorum à cætu Domus Professæ, sed eadem, variatur tantum locus, *text. est* insignis in *l. proponebatur 76. S. seu vers. Respondi*, vbi *glos. celebris* in verb. *Permaneret* sic perbelle explanat ex vi
58 contrariorum, quasi quod ferro viam aperiat secundum *Bal. in l. petens C. de pact. Imo* (inquit) *videtur mutari, vt C. eod. l. properandum S. fin autem que est contra, solutio; mutatur quidem, sicut transit in alium Iudicem causa, sed tamen idem est iudicium, sicut, & cum transeo de loco ad locum mutari dicor, idem tamen homo.* Hæc *Accurs.* ex quibus luce clariùs apparet licentiam (siquam habent) Contradicentes, etiam cætui Domus Professæ suffragari ex prædictis, nisi strictim, & acerbè interpretari velint, & in angustiam adducere eiusmodi textualem, & benè gloriatam propositionem.

Quid dicendum de exemplis, si-

milibusque ex Aduerso adductis, quæ vti vnum contradicentium assumptum (vt ei occurreremus) posteriori nos situauimus loco in *princip. huius respons. ?*

Et sanè facillimè confutamus, nã voce tantum asseruntur, eaque (vt clauum clauo trudamus) negando refellimus voce, Addimus tamen ex superius exaratis ea nullo pacto sustineri, & quod asseritur de, responsoriis Sancti Antonii, vt non possint recitari, nisi in Ecclesia Conuentualium, totum contrarium in dies experimur, nam in omnibus alijs Ecclesijs in Capellis eiusdem Celicolæ, aliarum Religionum viri recitant in dies Responsorium, & pluries in Ecclesia Maiori Sanctæ Mariæ de Carmelo huius Nobilissimæ Ciuitatis, vidimus, & audiuius omnes, quodq; magis est, percepimus à Religiosis viris fide dignis, quod dum Romæ RR. PP. Conuentuales Sancti Francisci cõquærentur de hoc, expetentes inhiberi alijs Religiosis
60 aliorum ordinum, Eminentissimi Cardinales responderunt in Sancti maximam redundare gloriam vbiq; Ecclesiarum, & Religionum laudari; inq; eorum Conuentualium summum decus promanare. Par igitur expectent Contradicentes oraculum à Dominis meis Supremi Collat. Cõsil. quod æquè ferant plura esse sodalitia ad pauperes litigantes coadiuuandos.

Exemplum verò quod afferri potest ex *Barbos. d. cap. 11. iuris vniuers. Ecclesiast. n. 75.* quod de anno 1616. die 6. Decembris referente Eminentiss. Philonardo, Sac. Rituum Congregatio decreuit non licere Clericis Societatis Iesu in Chien. India, Occidentali, aut Regularibus Ordinibus Sancti Dominici nouas Christi fidelium secularium confraternitates, seu Congregationes cum vsu Sacrorum absque licentia Ordinarij erigere, non facit ad rumbum, nam

ibi

ibi agitur de usu Sacrorum, & de cōgregationibus, quæ præcipuas formant ordinationes, quæ non concurrunt in casu nostro, neque in Regno receptū est expetere licentiam, ex *Aff.* quem modo allegauimus.

Quo autem ad constitutionem
62 *Clem. VIII. Romæ editam die 24. Decembris 1604. cuius meminit idē Barbof. loc. cit. n. 76. vers. est enim, quæ extat impressa in 3. tom. Bullar. §. 3. vers. ceterum, ea loquitur in aggregatione faciendā vnus confraternitatis cum altera, nec hic est casus noster.*

Alijs denique exemplis adductis, siuè indicatis, quoniam claudicant in facto, deficiuntque in iure, non est cur in eis refellendis diutius immoremur.

Calamus tandem receptui, destinatoque labori metam imponamus, ne quis nobis dicere queat pollicitæ sermonis decurtationis extitisse immemores, quāquam (haud inficior) longius quā paraueram calamū duxit manus, obsecro tamē Supremi Senatus Dominos meos quorum censuræ, & iudicio quæ nuper scripsimus, quæq; assēs, & sēper scripturū sumus alacriter submittimus, quod plura alla (silibet) efflagi-

63 *tenta Menoch. in conf. 28. n. 11. vers. Primo alijsque pluribus Doctoribus ab ipso coaceruatis, maxime etenim ijs quæ exarauimus, conducunt; Nos etenim in paucis, iuxta tennes ingenios vires, Aduocatorum cæui Domus Professæ si consuluerimus, satis putamus, non enim grandes gradium cibus esse non possumus. Interim solum calamū ad laudem Dei, Beatæque Virginis Mariæ. Neap. die 31. Augusti 1646.*

D E C I S I O.

D Ie Mercurij 12 Septēbris 1646. referente in Collat. Conf. III.

Marchione Torelli Reg. Capic. Latr. coram Excellentissimo Regni Prorege, votantibus Spectabilibus Dominis Regentibus Zusia, Casanate, Sanfelicio, ac Illustr. Marchione Sancti Sebastiani Reg. Caracciolo, fuit confirmatum mandatum inhibitoriale factum per Ill. causæ Commissarium; sunt fatā causarum, & merito sententiæ casibus fortuitis assimilantur, experti etenim scimus, iudicantes multoties causas determinare ex ijs, in quibus Aduocati nequidem somniauerunt; Ego verò ut suscepti patrocinij rationem reddā quasi meæ villicationis, palam facio demandati muneris onus subiisse, ut insigni cuidam Aduocato doctrinā, & facundia per celebri Collegæ meo, meam expetenti operam, morē gererem, atque pro viribus inferuirem, assentientibus mecum non paucis V. I. DD. Congregationis Sancti Iuonis, qui in Adibus Sanctorum Apostolorum descripti reperiuntur, quique modò vt faciliore præstarent operam, eiusdem pietatis genus erga pauperum tuitionem in dōmo Professæ Societatis Iesu, cōtinuare satagebāt. Et licet neutri Congregationi ascriptus, vtrumque eximiorum Aduocatorum ceterum extollere, & collaudare, non desino, eorum ingentem charitatem, quam toto amoris affectu erga Pauperes litigantes præferunt, eosque æquibonique consuluisse in spem ducor me Aduocati dumtaxat, non sodalis munere functum extitisse in præfenti iurgio; in quo Hispano idioma clientum iura exponere satius existimaui corā Excellentissimo Prorege, qui lato me excipiebat supercilio, & quamuis musitare non nullos sciam, eò quod hispanam licet calluerim linguam, attamen succubui, eiusmodi detractores suos velim, me excusatum habeant ex ijs, quæ Glosa insinuauit his verbis.

Nec

*Non est in Medico semper releuetur
ut eger.*

*Interdum docta, plus valet arte ma-
lum.*

Quodque nulli præteriti æui Retho-
ri, atque Oratori, aut currētis sæculi
causarum Patrono datum est, sin-
gulorum causarum certaminum, vi-
ctoriam consequi, canereque trium-
phum, *Heri vicimus. Hodie vincimur,*
vicissimq; glutimur dulces victoriæ
fructus, iacturæque amaros gusta-
mus succus. Patere tamen Lector, vt
absque iactantia, & sine noxa profe-
ram; Ex Aduocatis Regni neminem
vmquam ad hanc descendisse arenã,
vt hispano sanè idiomate causas age-
ret, quod tibi sincero animo in exē-
plum tradidi in *Annotationibus* quas
edidi anno superiore ad *Praxim*
Muscатели inter cætera hortamenta
causarum Patronis commendata, &
vndè quisquis curare deberet, vt ta-
le edisceret idioma. Improbis si-
quidem labor omnia vincit: Sed de
his hætenus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Alimenta debentur lite pendente in
quolibet iudicio vniuersali.*
- 2 *Alimenta debentur lite pendente, dū-
modo adsit paupertas ex parte pe-
tentis, & litem habeat cum diuite.*
- 3 *Alimenta lite pendente præstantur, ne
actor præ inopia litem cogatur dese-
rere.*
- 4 *Alimenta lite pendente non præstantur,
si lis statim diffiniri potest.*
- 5 *Alimenta vt præstantur lite pendente,
oportet vt urgeat præsumptio boni
iuris in lite principali.*
- 6 *Iudicandum in dubio pro reo, maximè
in initio litis ad exclusionem ali-
mentorum.*
- 7 *Ius si non assistit petenti alimenta, illa
non debentur.*
- 8 *Dos à Patre constituta habetur loco le-
gitima.*
- 9 *Legitima debetur in corporibus.*
- 10 *Legitima est quota bonorum.*
- 11 *Supplementum legitima, debetur in
corporibus.*
- 12 *Legitima non debetur in pecunia.*
- 13 *Ius bonum apparet ex testamento.*
- 14 *Testamento, in dubio est standum.*
- 15 *Alimenta non debentur lite pendente,
si opponitur de scriptura publica.*
- 16 *Alimenta an debeantur filijs lite pen-
dente, constituto semiplene de filia-
tione.*
- 17 *Alimenta lite pendente non debentur,
nisi prius de exceptionibus cogno-
scatur.*
- 18 *Paragium succedit loco legitima, licet
minus legitima esse non possit.*
- 19 *Paragium an possit esse plus, vel mi-
nus legitima.*
- 20 *Dos an possit esse plus, vel minus legi-
tima siue à patre, siue à fratribus cõ-
stituatur.*
- 21 *Pater non præsumitur filiam fraudare,
sed bonum consilium capere pro
ea.*
- 22 *Paragium quid importet.*
- 23 *Filia à patre dotata non potest petere
supplementum legitima.*
- 24 *Filia enormissimè lesa in dotatione, po-
test supplementum petere etiam à
patre.*
- 25 *Mulier si cum minori dote, quàm sit
legitima, reperit virum cui iam
nupsit, non est attendenda quantitas
legitima.*
- 26 *Hodie constat, hodie agatur.*
- 27 *Intestati causa cessat, vbi adest testa-
mentum.*
- 28 *Femina licet non admittatur ad par-
tem, facit tamen partem in compu-
tatione legitima.*
- 29 *Collateralis quando petit heredita-
tem fratris, vel consobrini ab inte-
stato, non fit cum eo prouiso lite
pendente super alimentis.*
- 30 *Alimenta debentur lite pendente in
ascendentibus ob fauorem.*
- 31 *Dilatione pendente, partes Iudicis
conquiescunt.*
- 32 *Officialis inquisitus lite pendente, non
potest suspendi ab exercitio, si datus
fue-*

fuert terminus ad se defendendum.

ARGUMENTVM:

Alimentorum præstatio in iudicio vniuersali vt debeatur lite pendente quæ debeant concurrere, etiam si constet semiplenè de filiatione, & quid in linea Collaterali, Iudicio pendente alimentorū fauor an consideretur:

Legitima debetur in corporibus, etiam si ipsius supplementum petatur: Paragium quomodo accipiatur, & an successerit in Regno loco legitimæ, maximè si filia à patre dotetur, quo casu an possit legitimam integram, à patre expetere, siue paragium, & quid si dotatio fuerit adeo modica, vt potius exhæredata videatur.

P R O

Hieronimo Mare-
scallo.

C V M

Erina Marescalla.

C A P. XXXII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.



Deditio ducatorum bis mille in causam alimentorum facta per Erinam Marescallam lite pendente, contra Hieronymum Marescallum conuentum ab ipsamet Erina ad solutionem ducatorum octo mille pro supplemento legitimæ præsentæ super bonis quodam Pauli patris, vel pro paragio, & ad dimittendum portionem sibi tangentem super hæreditate Philippi fratris, licet instantissimè tractetur, tamen inanis, & nullo iure suffulta videbitur si infra scripta perpendantur.

Licet etenim fateamur in quolibet iudicio vniuersali alimenta decerni debere lite pendente, ex communi conclusione desumpta ex *tex. cum glos. in l. si quis à liberis, S. vel si parens, ff. de liber. agnos. & in l. si instituta 27. S. de inofficioso ff. de inoffic. testam. vbi DD. communiter, Ang. cons. 245. col. 6. in princ. num. 4. in fin. vers. Præterea Oldr. cons. 27. num. 3. & 4. Paris de Put. de sindicat. verb. Expensa vers. quidam num. 1. Guid. Pap. dec. 364. num. 1. vers. petit sibi prouideri Boer. dec. 303. num. 4. vers. Et pro isti parte Matth. Berlich. practicab. conclusion. par. 1. conclus. 7. tit. de iudic. & eius officio num. 4. vers. Hac quidem vbi antiquam, ancipitem, & dubium quæstionem tradit, eamq; nonnullos admittere assertionem, quod alimenta debeantur si tria concurrant, licet alij, duo sufficere opinentur, quorum opinionem placeat nobis modo sectari, licet primam sustineat Pau. de Cast. in d. S. de inofficioso num. 1. vers. Et est speciale, Salic.*

in

in l. fin. col. 1. vers. *Quærit glos. C. de ord. cognit. Cordub. in repet. l. si quis à liberis, S. si vel parens num. 42. ff. de liber. agnosc. Couarr. practicar. cap. 6. num. 5. vers. Constat sanè duo autem illa requisita hæc sunt.*

Primò, quod adsit paupertas ex parte petentis alimenta, & litem habeat cum diuite, secundum glos. in d. S. si vel parens, *Guid. Pap. q. 561. Crau. cons. 164.* dantur namque alimenta nedum in longius lis protrahitur, & compilatur processus, actor præ inopia cogatur litem deferere, secundum *Rebuff. de sent. prouis. art. 1. glos. 2. num. 2.* nam si lis statim dif-
finiti potest, cessat alimentorum præstatio, secundum *Milan. decis. 16. num. 4.*

Secundò, quod appareat non leuis, sed vrgens præsumptio boni iuris in lite principali, secundum *Lup. in repet. cap. per uestra, S. 39. nu. 3. ibi, quando haberet pro se præsumptionem iustitiæ super bonis de quibus litigatur, Menoch. lib. 1. præf. 35. num. 6. & 32. Coler. de process. executiu. par. 1. cap. 2. num. 120. vers. quatenus non militat aliqua præsumptio, Pacian. de prob. lib. 1. cap. 54. num. 70. vers. Nisi quando præsumptio Alciat. reg. 3. præf. 9. num. 8. vers. Et talis præsumptio, Hartm. Pistor. quæst. 20. num. 2. & seq. lib. 1. Aluar. Valas. consult. 1. num. 9. & 12. Myn. sing. obseru. 21. centur. 6.* itaq; approbasse *Electorem Saxonie, præstat fidem Berlich. loc. cit. nu. 44. vers. Quam assertionem, præfatorum Authorum haud immemor, Couar. pract. cap. 6. post num. 6. vers. quantum ad primum, & vers. ego vero, qui n. 6. ante fin. subdit in proposito hæc verba. Qua in re oportet exactissimè obseruare utriusque litigatoris iura, & præsumptiones, ut tandem alimenta dentur à Reo Actori, quoties vrgentior est pro ipso Actore præsumptio, quàm pro ipso Reo, quod si Reo potius patrocinentur acta causæ, & præsumptiones, tunc planè non est Reus cogendus ali-*

menta, nec litis expensas actori exhibere. Haftenus *Couarr. sequutus à Molin. de hispan. primogen. cap. 16. num. 36.* quæ præsumptio æquipollet sententiæ latæ pro pupillo in terminis d. *S. de inofficioso Aret. in c. si qui testium num. 14. de testi. quo adducto tenet Alciat. de præsumpt. regu. 3. cap. 9. num. 9.* est namque in dubio pro reo iudicandum, maximè in initio litis ad exclusionem alimentorum, vt dicit *Martin. Coler. de alim. lib. 1. cap. 2. num. 119. Menoch. cons. 491. post num. 34. vers. Est enim*
neceffe, & idèò quando ius non assistit petenti alimenta, illa non debent, in terminis terminantibus deduxit nouissimè *D. Consiliar. Marcian. cons. 6. num. 5. lib. 1.* Èò magis quia si lite pendente darentur alimenta, fieret præiudicium causæ principali, quo in casu esse deneganda, imò reuocatam fuisse sententiam qua, mediante alimenta fuerunt præstita, tradit *Rebuff. ff. de sent. prouis. n. 134. Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 126. nu. 6.*

Quod autem pro Hieronymo conuento, nedum vrgeat præsumptio, sed clara dignoscatur iustitia, indè patet, nam quondam Paulus communis pater in vltimo eulogio apertè designauit tam ipsi Erinæ, quàm duabus alijs filiabus ducatos termille tempore maritagij, quæ dos à patre constituta cum habeatur loco legitimæ ad tradita per *Bart. in l. in quartam, ff. ad l. Falcid.* vbi omnes communiter, negari non potest esse soluendam in corporibus hæreditarijs per *tex. in S. hoc*
quoq; nos ibi (*tertiam proprie substantiæ partem*) in *Auth. de trien. & semiss. & in Auth. Nouissima, C. de inoffic. test. ibi (ex substantia deficientis triès)*
cùm legitima sit quota bonorum, secundum *Affl. dec. 162. num. 3. D. de Franch. dec. 127. num. 1. D. Paschal. de virib. patr. pot. par. 2. cap. 4. num. 11. Dom. meus Theodorus alleg. 81. nu. 3. in fin. signanter nu. 14. id quod etiã*

11 obseruatur in suppletionem legitima, vt debeatur in corpore, *l. scimus S. repletionem, C. de in offic. testa.* ibi (*Repletionem autem fieri ex ipsa substantia patris*) vbi *Bal. nam. 10.* & vti aiebat *Fulgof. in l. Papinianus S.*
 12 quarta de in officios test. legitima est certa pars in corpore, non in extimatione, & ideo non debetur in pecunia, prout aduertit *Consil. Georgius d. alleg. 40.* sicuti de paragio quod sit simpliciter quota bonorū tenent *Ann. alleg. 70. num. 6. Anu. filius cons. 6. num. 10.* post *Andr. in Cōstit. in aliquibus eol. 8. §. Sed hoc paragiū,* & propterea in proprietate deberi paragiū, sicuti legitima, tutatur *Reg. de Pont. cons. 65. volum. 1. P. Molfes. cons. 9. num. 17.*

Quò fit: vt dum Hieronimus ne dum statim, ac ipsa Erina contra matris placitum, & fratrum voluntatem matrimonium contraxit obtulit dictos ter mille super effectibus hæreditarijs quon. Pauli patris, illamq; interpellauit ad recipiendū assignationem, imò per Instrumentum in quo adest clausula constituti iam perfecit assignationem prædictam, tam quoad capitale, quam etiam tertias à die contracti matrimonij, ne dum per oblationem in iudicio factam *fol. 7. lit. A.* verum etiam per publicum Instrumentum *fol. 43.* nulla adest lis, vel saltim iusta adesse non potest ex parte dictæ Erinæ, & sic ex prædictis non potest alimenta lite pendente obtinere cū deficient requisita ad illa subministranda.

Stat etenim certa dispositio ex
 13 testamento in actis præsentato, ex quo liquet Erinam malè agere super bonis Pauli patris, & ideo non posse ratione litis expensas, aut alimenta decerni, *l. qui inofficioso, ff. de liber. agnosc. Akiat. regn. 3. præsumpt. 9. Crau. cons. 164. Gabriel. in puncto cons. 25. nu. 9. & 10.* loquens etiam in casu quo testamentum posset

14 forsan impugnari, nam satis est secundum ipsum, quod in dubio illi sit standum *l. cum præcibus, C. de probat.* & consequenter ex eo tollitur omnis præsumptio Iuris ex qua suadetur alimētorum prouisio, quæ sanè cessant in nostra facti specie, dum testamentum non impugnatur ab Erina, imò approbatur, & per ipsam fuit in iudicio productum, illi firmiter inhærens pro solutione ducatorum ter mille, quos iam Hieronimus assignauit, & in terminis
 15 non esse locum præstationi alimētorum lite pendente, si opponitur de scriptura publica, quamuis ex aduerso obijceretur scripturam non officere, firmat *decisio Parlamēti Parisiensis Io. Galli. quæst. 147. & 215. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 56. num. 45.* quem omnino legendi indicat *eruditiss. Dom. meus Regia Camera Præs. Galeot. in 1. lib. contr. cap. 6. num. 44.* vbi pluries sic obtinuisse per Sac. Conf. testatur, casus particulares commemorans pro Ferdinando, & Hectore Sancto Mango.

Et licet obijciatur ex aduerso prædictos ducatos ter mille deberi in pecunia numerata, Hieronymo contradicente non teneri nisi in corporibus hæreditarijs, ex iis quæ ad odorandam tantum iustitiam circa hunc articulum breuiter deduximus, non erit iudicium vniuersale, quo pendente fieri possit prouisio alimentorum, sed satis particulare circa modum solutionis: prout patet ad sensum, & in hoc promptum se exhibet Hieronymus de stando iuri, & soluendo, quod super hoc veniret iudicandum.

Hinc est, quod Doctores omnes tam in *d. S. de inofficioso, & in S. vel si parens,* quam in *l. 1. S. si quis neget, ff. quemadm. testom. aper.* asserentes alimenta deberi filiis dum constat de filiatione etiam semiplene, vel per aduersarii confessionem, fundarunt
 opi-

opinionem in iure, quod habent filii super bonis patris ratione iurata, secundum *Gabriel. d. conf. 25. ex nu. 1.* cum pluribus seqq. Attamen id procedere existimarunt quando petenti alimenta, nihil aliud obiicitur, nisi quod petens talis non est, qualem se asserit, petunturque ab eo, qui primo loco tenetur, tunc enim probata quasi possessione, vel filiatione, semiplenè decernuntur, sed quando alia opponuntur ad exclusionem petentis, debet prius de illis

17 cognosci antequam alimenta decernantur *d. l. si quis à liberis §. sed si filius, & in l. pen. ff. de liber. agnoscend. Gabr. d. conf. 25. num. 14.* qui plures exceptiones recenset, in hanc residens sententiam.

Nec respectu supplementi legitimæ, siuè paragii ius fouet Erina, nam respectu paragii, quod succedit loco legitimæ secundum notata in *Constit. In aliquibus* licet non possit esse minus legitima secundum *Afflic. 7. decis. 160. Dec.* qui loquitur in terminis *Constitutionis Regni in conf. 26. & 276. ad fin. D. de Pont. conf. 65. per tot. vol. 1. & Mastrill. decis. 48.*

19 per tot. alijs verò dicentibus posse esse plus vel minus legitima, habita consideratione ad facultates hæreditarias, ad dignitatem familiæ, & viri cui mulier nubit, ità vt pari collocetur secundum *Afflic. in const. In aliquibus num. 32. & seq. Ann. alleg. 79. num. 5. & seq.* eaque omnia Iudicis arbitrio relinquì dicit *Menoch. de arbitr. iud. cas. 149. per tot. & latè Mastrill. decis. 107. par. 2.* Tamen

20 communis opinio, & veridica habitata est, vt differentia notetur in dote à patre constituta, vel à fratribus constituenda, vt primo casu nullo modo filia conqueri possit etiam si dos sit minus legitima, vel si maiorem dotem alijs constituisset; secundo vero casu procedat altera opinio supra relata; ea nempe ratione,

21 quia non præsumitur pater filiam

fraudare, sed bonum consilium capere pro ea *l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. & l. nec in ea ff. de adult. ità Alex. conf. 29. nu. 3. Dec. conf. 26. Gram. decis. 57. per tot. & secundum hanc opinionem fuisse iudicatum per Sac. Conf. testatur Camill. Salern. in addit. ad Napod. in consuet. si moriatur §. eos autem in verbo Paragium, vbi adducit Tiracquell. & alios; Nec paragium importat, quod æqualiter filiæ sint dotandæ secundum *Dec. conf. 26. num. 5.* sed quod nubant, vnde cum iam Erina semetipsam nuptui tradidit, non est cur paragium petat.*

Respectu verò supplementi legitimæ, tantum abest, vt Erinæ debeatur, quod potius omni iure sit denegandum ex recepto iuris axi-

23 mate quo cauetur filiam à patre dotatam non esse audiendam, si petat legitimæ supplementum, prout plenè probarunt *Honded. Burs. Laderch. Peregr. quos recenset Ioseph. Ludovic. Dec. Perus. 21. num. 41. cum seqq.* qui de prædictis, & alijs meminit, nec vnquam de hoc fuit dubitatum apud DD. nisi in casu quo pater

24 ad eò exiguam dotem vni filiæ dedisset, vt videretur enormissimè læsa secundum *Gram. decis. 101. nu. 52. Maran. disput. 10. num. 22. D. de Pont. d. conf. 65. 1. volum. & de potest. Proreg. tit. de success. mulier. num. 13.* tradens iudicatum in causa Ducissæ Nuceriæ, quæ habuit mediante sententia, aliquod plus ultra dotes ex quo visa fuit à patre ex hæredata, id ipsum adnotauit *Præsid. Amat. conf. 59. in causa Alexandri Marchesani, qui vnicum habens filium, & tres filias, dum tempore dotationis, & obitus eius patrimonium ascendeat ad ducatos octoaginta mille, constituit vni ex filiabus dotem ducatorum quatuor centum quinquaginta, pro cuius supplemento scripsit D. Amat. ibidem licet referat decisionem ignorasse, vel concordiam*

diam ex quo post editas allegationes Clientem non vidit, nec potuit doctissimus ille vir in dicto *conf. 59. num. 7.* negare, quod si mulier etiam
 25 cum minori dote, quam sit legitima reperit virum, cui iam nupsit nō est attendenda quantitas legitimæ, vt per *Soec. conf. 288. num. 17. vers. quare visum vol. 2. Capyc. in addit. ad consuet. si moriatur.* & *Dec. d. conf. 26.* quos refert idemet *D. Amat. ibid.*

Ex quibus patet etiam si hodiē effret determinanda causa principalis, debere determinari in fauorem ipsius Hyeronimi pro quo stat regu-
 26 la, hodie constat, hodie agatur per *text. in l. si is a quo ff. vt in possess. legat.* quam in materia alimentorum expendit *Sacc. iun. conf. 8. num. 6. in fin. Milanens. decis. 17. num. 12. in fin. lib. 1.*

Quatenus verò attinet ad portionem petitam super legitima Philippi fratris, aduertimus ipsum deceffisse cum testamento, in quo hæredes instituit filios masculos, & sic cessat causa intestati per Erinam,
 27 prætenfa ad *text. in l. quamdiu ff. de acquir. hered.* prout in termino probabimus, & quando (citra veri præiudicium) cōcederemus intestatum obijisse, ad cō exigua portio erit, consideratis septem alijs personis inter fratres, & sorores superstites, qui li-
 28 cet non admittantur ad partem, faciunt tamen partem secundum *Capyc. decis. 158.* ab omnibus recepta, vt alimentorum petitio non sit considerabilis, vltra quod recepta est opinio quod quando Collateralis
 29 petit hæreditatem fratris, vel consobrini ab intestato, cum eo non sit prouisio secundum *Rebuff. de sent. prouis. tit. 1. art. 1. glos. 2. nu. 32. & 33.* qui sic decisum testatur in Francia *Arresto. Parlamenti ex Aufrer. meminit Milan. dccif. 17. num. 43. lib. 1.* & pro absoluto tenet *Valasc. dec. Lusit. 1. num. 1.* eam reddens rationem, quia cessat fauor consideratus

indescendentibus, quibus debetur legitima *Dom. Reg. Galeot. d. cap. 6. num. 31.*

Dico insuper: ex alio non posse obtineri per partem alimenta lite pendente, quia dato termino ad ipsius instantiam in causa reconuentionis sub die 9. Octobris *fol. 41.* eoque intimato sub die 16. eiusdem Mensis Procuratori ipsius Hyeronimi *fol. 41. at.* præsentatur comparitio pro ducatis duobus mille in causam alimentorum sub die 24. Octobris *fol. 42.* super qua non po-
 31 test procedi, cum dilatione pendente partes Iudicis conquiescant, ad *text. in l. siue pars C. de dilat. Lacellort. de attentat. lit. pend. num. 2.* obstante nedum lege particulari, sed etiam *rubr. & tot. tit. extr. vt lit. pendent. cū alijs,* quæ ad hoc congerunt *Io. de Amic. conf. 150. num. 1. Vital. tract. clausul. cap. 45. & Socc. iun. conf. 8. per tot. lib. 3.* quæ non transcribo, re de carta in Papyrum (vt est in adagio) transferre videar, eò magis, quia nulla fuit reseruata facultas, vel facta protestatio in termino super dicta petitione alimentorum, & apertis verbis insinuauit *Præs. de Franch. à nemine quem hucusque viderim ad hoc ponderatus dec. 8. num. 7. vers. sit tamen cautus,* qui licet loquatur de suspensione Officialis inquisitione pendente, tamen deducit conclusionem ex eo quod pendente termino Iudicis officium conquiescit in suspensione, sicut, & in cæteris.

Quoquò igitur se vertat Erinatum in iustitia, cum in ordine repelli debet à tam vana præensione ducatorum bis mille in causam alimentorum, prout à cæteris petitionibus absoluendum esse speramus Hyeronimum in expeditione causæ principalis, pro cuius tuitione pleniori manu rem attingemus (Deo annuente) dum pauca hæc exarauimus ad effugiendam molestiam in
 hoc

hoc Iudicio petitionis alimentorum lite pendente; Ceterum submittimus perspicaciori Dominorum Iudicantium ingenio, eorumque censurę scripta hæc, & nosmetipsos. Laus Deo, Beatęq; Virgini Marię Neap. die 8. Maij 1648.

DECISIO.

Dle anno 1638. facta relatione per D. meū Consiliariū Franciscum Antonium Muscettulam tunc in aula D. Consiliarij Sāfelicis existentem cum interuentu Spectab. Dom. Præsid. Vrsini, fuit interpositū decretum quod soluantur duc. 800. in causam declarandam.

Penes Magnificum Secretariū Sac. Conf. & Actorum Magistrum Fabritium Solatium.

S V M M A R I V M.

- 1 Facti species recensetur.
- 2 Cautio facit extare pecuniam.
- 3 Creditor licet anterior, non potest auocare pecuniam liberatam, siue solutam secundo creditori, & ab eo bona fide consumptam, quia totus mundus inuolueretur litibus.
- 4 Affl. decis. 190. communiter est receptus in Tribunalibus.
- 5 Maritus ubi notorię constat non soluendo, discussio non est necessaria ad hoc vxor dotem consequatur.
- 6 Vxor nulliter pro marito se obligat, imò ipso iure nulla est eiusmodi obligatio.
- 7 Exceptio Velleiani non requiritur pro parte mulieris obligatis se pro viro.
- 8 Mulier nulliter se obligat pro viro, ne blanditijs eius ducta se ipsam spoliaret, ut mariti voluntati obsequetur.
- 9 Mulierem pro viro se obligare, publica

repugnat utilitati.

- 10 Senatus Consultum Velleianum prospexit mulieribus, ne sexus fragilitate alienam subeant obligationem.
- 11 Mulieris obligatio pro viro coniecto in carcerem, fuit declarata nulla à Capola, & Bronzono.
- 12 Obligatio mulieris pro liberandis coniunctis à carceribus, quando substinetur.
- 13 Mulier in Regno prohibetur intercedere, etiam si renunciauerit Senatus Consulto Velleiano.
- 14 Pecuniam in beneficium uxoris obligantis se cum viro, fuisse versam in beneficium uxoris liquido constare debet, & ad creditorem probatio pertinet.
- 15 Confessio mulieris dicentis in instrumento pecuniam in sui utilitatem versam, non autem viri cum quo se obligauit nihil operatur, nisi aliunde constet verè in eius utilitatem fuisse versam.
- 16 Iuramentum appositum in contractu mulieris pro alio se obligantis, non tenet secundum prag. 1. de Senatus Consult. Velleiano, quia contractus prædictus fuit declaratus contra bonos mores.
- 17 Princeps secularis potest declarare contractum contra bonos mores existere, ad hoc vt non roboretur iuramento.
- 18 Mulieris confessio dicentis pecuniam contentam in instrumento, in quo se obligauit cum viro, ad se peruenisse, non tenet, quia præsumitur facta in fraudem legis, & ipsam mulierem adhibitam, vt pro viro fideiuberet.
- 19 Vxor obligans se in simul cum viro, si fateatur se principalem debitricem, non potest sibi præiudicare, quia præsumitur intercessisse, & fidei iussisse pro eo.
- 20 Pecunia, quam vir, & vxor in instrumento confessi fuerunt recepisse, tota præsumitur peruenisse ad virum.
- 21 Io. And. in addit. ad specul. in tit. de solut. vers. Sed pone vir, & vxor col. 2.

- col. 2. improbat.
- 22 Maritus, & uxor, si simul contraxerunt, & vendiderunt rem aliquam etiam si uxor iurauerit in casibus necessarijs, & ambo confiterentur recepisse pretium, tamen ad virum, eiusque heredes peruenisse praesumitur, non ad uxorem.
- 23 Renunciatio etiam cum iuramento Senatus Consulto Velleiano, non operatur in damnum mulieris renunciantis taliter quod ipsa remaneat indotata inspecto tempore restitutionis dotium, non autem renunciationis.
- 24 Obligatio uxoris si in eius praedictum vertitur, ut nulla subsit spes recuperandi dotes, redditur nulla ex defectu causa.
- 25 Contractus ex quibus mulieres laedi possunt, minime sustinentur.
- 26 Fideiussio est contractus de sui natura lesiuus, & in muliere est à iure improbatissimus maxime in fauorem mariti.
- 27 Uxor se obligans pro viro, praesumitur ab eo seducta, ideoque effecisse, quia non potuit resistere eius voluntati.
- 28 Iudicis decretum etiam si intercesserit in actu continente enormissimam lesionem, pro eo non praesumitur.
- 29 Metus praesumitur in omni contractu gesto per uxorem in beneficium mariti saltem reuerentialis.
- 30 Lesio statim emergit ex contractu gesto per uxorem in beneficium viri.
- 31 Metus reuerentialis si cum lesione concurrat, sufficiens est ad annullandum contractum absque alia coniectura etiam nullis probatis minis, aut verberibus.
- 32 Timor metus reuerentialis sufficit ad rescissionem contractus gesti per uxorem.
- 33 Lesio si copulatur cum metu reuerentiali, procul dubio causat nullitatem.
- 34 Pragmatica sanctio sub tit. de Senatus Consulto Velleiano. quid addiderit iuri communi circa obligationes mulierum.
- 35 Dispensationum formula quibus videtur Collaterale Consilium pro validandis obligationum mulierum quales sint tam in viduis, quam in maritatis.
- 36 Io. Francisci de Pont. Reg. opinio circa dispensationes mulierum obligationibus expediri solitas per Collaterale Consilium recensetur.
- 37 Viduae absque dispensatione Regia se obligantes, iurantur beneficio Prag. de Senatus Consulto Velleiano.
- 38 Maritata lex praesumit, quod amore capta etiam violentata pro viris intercedunt.
- 39 Obligationes mulierum an valeant convalidari per Collat. Consilium inconsulto Excellentissimo Prorege, Regent. de Pont. opinio recensetur.
- 40 Lesio mulierum consistit in eo, quod mariti non habeant bona ex quibus damnum, quod uxori ex alienatione facta virtute contractus cum eis celebratis contingit, eis possit resarciri.
- 41 Obligationem uxoris (extante enormissima lesione) rescindi debere communiores esse opinionem affertur D. Petri Diez de Noguero. Auctoritas.
- 42 Mulier etiam si milles consensat in instrumento debiti contracti per virum, non tenetur nisi probatur pecuniam versam fuisse in sui utilitatem.
- 43 Maritus, & uxor qualitercumque contrahant in eodem instrumento, uxor ipso iure non tenetur, nisi demonstratur pecuniam in eius utilitate fuisse versam.
- 44 Mulier in dubio videtur semper adhibita, ut intercedat pro marito.
- 45 Vir, & uxor si sint facti duo rei debendi, & uxor renunciet Velleiani exceptioni omnique alij legum dispositioni specificae, & individualiter in ampliori forma, non tamen uxor tenetur, nisi tota, vel pars aliqua pecuniae in eius beneficium uersa demonstratur.
- 46 Creditor mutuo dans pecuniam, debet esse

- esse curiosas, ut pecunia effectualiter perveniat ad mulierem.*
- 47 *Mulier debet esse certiorata de vi, & efficacia Senatus Consultii Velleiani in casu quo renunciatio subsisteret de iure.*
- 48 *Renunciatio non extenditur ad ius ignoratum.*
- 49 *Pacta vergentia in deteriorationem dotis, minimè sustinentur.*
- 50 *Vxore etiam volente, nequidem pacta in deteriorationem dotis vergentia, valent.*
- 51 *Pacta dotalia ut sustineantur, duo copulativè requiruntur, mulieris scilicet consensus, & eiusdem utilitas.*
- 52 *Mulieris cōditio si ex pacto potest fieri melior, non sustinetur, nisi ex eventu quoque concurrat eius utilitas.*
- 53 *Lesio ubi adest in contractu prauio metū, dicitur abesse consensus.*

ARGUMENTVM.

Fideiussio præstita de restituendo pecuniam sibi liberatam, siue solutam cui, quibus, & quando, prævio Iudicis decreto, eam habet efficaciam, ut fingatur semper extare pecunia prædicta, quamvis bona fide consumpta in beneficium cuiuscumque alterius creditoris superuenientis.

Oblatio mulieris intercedentis pro alio, rescinditur exceptione Senatusconsulti Velleiani de iure communi, at si pro viro processerit, nullo iure tenet ad *text. in Auth. si qua mulier C. ad Velleian.* quidè si renunciatum fue-

rit etiam cum iuramēto beneficio prædictæ *Authent.* & confessio mulieris processerit pecuniam in instrumēto assertam ad ipsum pervenisse, quidè superaddiderit *Pragm. Regn. sub tit. de Senatusconsult. Velleian.* dispositis à iure communi.

Dispensatio obtenta ab vno ex Dominis Regentibus Regiam Cancellariam super validitate obligationum mulierum infimul cum viro an satis sit, quæ assuetæ sint formulæ dispensandi per Cancellariam, & quomodo differentes inter se secernuntur opiniones *Dom. de Franch. & Reg. de Ponte* circa vim dispensationum enunciatarum.

Pacta vergentia in deteriorationem dotis non subsistere, eoque magis si prorsus indotata mulier remanserit, nisi ex euentu quoque concurrat eiusdem utilitas.



P R O

D. Ioanne Vrsino.

C V M

Dom. Baldaxarro Sua-
rez Bagli Floren-
tino.

C A P. XXXIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.

*Acti species sic se ha-
bet?* E viuis excessu
D. Aloysio de To-
leto vili Domino
terræ Pali supersti-
tibus D. Roderico

eius filio, & D. Francesca, fuit hæc
nuptui tradita Illi Comiti Pacenti
Octauio Vrsino, cui dotis nomine
præfatus D. Rodericus, & D. Vio-
lante Moscosa promiserunt ducat.
40000. soluendos in tandis designa-
tis, obligando præsentim dictam
terram Pali, quæ postmodum vrgē-
tibus creditoribus D. Aloysij in
Sac. Consilio, fuit accensa candela,
subhastationibus legitimis præce-
dentibus, vendita præuio decreto
eiusdem Sac. Cons. & de prætio fuit
factum depositum per emptorem,
liberandum creditoribus iuxta da-
tam cautelarum.

Inter cæteros creditores concu-
rentes super liberatione depositi
peruenti ex prætio terræ prædictæ,

fuit Dom. Baldaxar Suarez Bagli
Florentinus, qui vti assertus credi-
tor prædictorum coniugum pro sū-
ma duc. 4000. (pro quibus de anno
1602. sub die 5. Iunij venditionem
fecerunt de annuis duc. 320.) acce-
dente dispensatione vnius ex Do-
minis Regentibus per verbum *Li-
ceat* obtinuit liberationē duc. 8297.
cum cautione tamen de illos resti-
tuendo in omnem casum euictionis
cui quibus, & quando, cum interes-
se, ad rationem duc. decem pro cen-
tenario, ac etiam de faciendo credi-
tum prædictum verum, antequam, po-
tius, & non exactum, sicuti ex tenore
decreti prædicti interpositi per Sac.
Cons. sub die vltimo Iulij 1617. ad
relationem Regij Consiliarij Cæsa-
ris Alderisi apparet, fol. 785.

Respexit sanè decretum prædi-
ctum, libellum porrectum pro parte
ipsius D. Franceschæ eodem anno
sub die 17. Martij 1617. fol. 620. in
quo opposuit se credito prætenso
per dictum Dom. Baldaxarum, eo
quod obligatio per ipsam facta in-
simul cum Comite eius Viro, pro-
cessit per vim, & metum, ac ad præces
dicti eius viri, qua de re ob annu-
lationem contractus prædicti libel-
lum siue vt (Nostrates aiunt) suppli-
cationem porrexerat in Sac. Cons.
obtentam etiam ad cautelam absolu-
tionem à iuramentis præstitis pro ob-
seruantia contractus, siue rectius
habilitationem ad finem agendi.

Et licet postmodum sub die 29.
Martij eiusdem anni, eademmet D.
Francesca, mediante alio libello de-
clarauerit pecuniam ad ipsam per-
uenisse, ideoque validam eius obliga-
tionem præconizarit, fol. 644.

Contendit modò D. Ioannes Vr-
sinus, filius, & hæres dictæ D. Fran-
ceschæ teneri dictum D. Baldaxarū
ad restitutionem prædictorum du-
cat. 8297. cum interesse contento in
decreto Sac. Cons. de anno 1617. ab
anno prædicto vsq; ad effectualem

re-

restitutionē, ex infra scriptis assumptis in iure approbatis.

Primo: quia obligationi eius matris restitit clara dispositio Senatus Consulti Velleiani.

Secundo: quia remansit indotata, vndē obligatio sustineri non potuit nec minus dispensatio super ea obtenta.

Tertio: declarationem per D. Francescam factam, fuisse scil. validam obligationem, minimē opitulari.

Et antequam ad probationem præfatorum assumptorum descendamus, præludij vice, adnotare operæ prætium existimauimus, pecuniā liberatam Dom. Baldaxaro minimē consumptam dici posse stante cautione præstita, etenim cautio operatur extantiam pecuniæ, sicuti per *lex. in l. procuratoris, §. fin. ff. de tributor. act. & in l. 1. & 2. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum.* docuit ex Nostratibus insignis Napod. in commentar. ad consuetud. Neapol. incip. Quartam autem vers. fructus, itaque præticari passim in Tribunalibus supremis recenset *Præf. de Franch. decis. 75. num. 9. dec. 200. num. 4. dec. 614. nu. 2. & dec. 622. Surd. conf. 204. sub num. 6. lib. 2. Mar. Mut. dec. Sicil. 65. num. 27. Mastr. ad Petr. de Gregor. de censib. q. 5. nu. 177.* ad eò quod virtute dictæ cautionis sopita remanet quæstio illa celebris excitata ab *Affl. & per Sac. Consil. Neapolitanū* determinata apud ipsum *dec. 190.* non posse scilicet auocari à creditore anteriore pecuniam liberatam, siue solutam secundo creditori bona fide consumptam, ea nempe solidissima ratione, quia totus mundus inuolueretur litibus, cui se subscribit *Caphal. conf. 55, num. 7. uol. 4.* & ante ipsum edocuit *Bald. in l. ubi adhuc vers. Sed pone maritus C. de iur. dot. Marefcott. uariar. resol. lib. 2. c. 39. num. 2. Capic. dec. 78. nu. 1. & 2. Gram. in 1. quæst. post eius decisiones per 108.*

extollens determinationem Sac. Conf. tamquam veridicam, & iuri consonam *Couarr. practicar. cap. 29. num. 2. Menoch. conf. 25. num. 1. Surd. conf. 4. num. 12.* Nam ad finem euitandi scopulum prædictum adinuentus fuit modus præstandi cautionē, sicuti post Authores modò allegatos, plures alios adduxi *Ego in meis Annotatian. ad Muscatell. in præf. fideiussor. par. 1. mod. 17. col. 2. vers. In terminis uerò pag. 729.*

Estq; pariter in facto sciendum, ex patrimonio D. Aloysij, & D. Koderici non remansisse æquiualens, ex quo possit esse consultum ipsi D. Franceschæ quodam restitutionem dotium, & antefati iuxta promissa in tabulis nuptialibus, imò nequidem obolum, quo casu cum ex actis sit notorium maritum obiisse non soluendo, discussio non est necessaria *Gloss. & Bart. in l. fin. ff. si cert. pet. Corn. qui de communi conf. 46. col. pen. ad med. lib. 2. Neguf. de pignor. par. 8. memb. 1. limit. 3. n. 19.*

Quibus præmissis, insinuemus modò iustitiam assumptorum;

Et quatenus ad primum attinet de nullitate obligationis, *tex. est rotundus in Auth. si qua mulier C. ad Velleian. quæ sumitur ex §. Et illud Authen. Vt nulli iudic. collat. 9. Dom. de Franch. dec. 578. num. 1. vers. Hodie* quo cauetur vxorem pro marito intercedere non posse, imò eiusmodi obligationem esse ipso iure nullam, nec requiri beneficium exceptionis prout in Velleiano, resistit etenim hoc casu non solum Senatus Consultum Velleianum, & eius ratio fragilitatis, scil. muliebris, verum etiam dispositio *d. Auth. si qua mulier,* & ratio illius quæ videtur esse ea, quæ impedit donationem inter virum, & vxorem, ne mulier blanditijs, & amore maritali seducta se ipsam spoliet, vt mariti voluntati in sui perniciem obsequatur, sicuti difertè tradit *Thef. dec. 223. num. 1. nam*

- si posset pro marito fideiubere, vel se obligare, fieret per indirectum.
- 9 fraus legi, & vt plurimum priuaretur dote, alijsq; bonis, quod est contra publicam vtilitatem, l. 1. ff. sol. matr. & considerant DD. quos congerit Tirag. ad ll. connub. glos. 5. sub num. 107. quorum meminit D. Praef. Sac. Conf. Merlin. controuers. forens. cap. 56. num. 1. lib. 1. & etiam si iuramento vallato fuerit obligatio secundum Rot. Rom. in vna Rom. doctis de Roncionibus de anno 1511. die 5. Iulij, & apud Seraphin. dec. 1587. num. 1. & in Romana Societatis Officij 13. Februarij 1606. coram Litta, & in Romana census apud Martin. Andream dec. 79. num. 1.
- 10 Inductum namq; fuit Senatus Consultum Velleianum in fauorem mulierum, ne sexus fragilitate, facile alienam subeant obligationem, l. 2. S. verba itaq; ff. ad Velleian. per quae
- 11 iura Barthol. Cepol. & Bernardus de Bronzono, vt ipse Cepol. refert in eius consil. ciuil. 27. vol. 1. tanquam Iudices per diffinitiuam sententiam die Iouis 22. Martij 1542. declarauerunt nullam obligationem factam per vxorem in beneficium creditoris mariti, qui coniectus erat in carcerem, vbi allegat rationes quibus
- 12 moti fuerunt ad ita iudicandum, nam esto facta esset dicta obligatio pro liberando marito à carceribus quo casu videbatur posse sustineri talem obligationem, non obstante Velleiano arg. l. quamuis cum l. seq. ff. sol. matr. & l. mutas, S. manente ff. de iur. dot. quae iura praestant facultate vxori inter cetera expendendi dotes suas causa liberandi personas coniunctas à carceribus, tamen illa iura procedunt in muliere solvente, non in muliere intercedente, sicuti thesis nostra indicat, tunc etenim censetur eius facilitate inducta, & animo donandi in fraudem legis Gizzar. dec. 4. num. 3. & 4. & nu. 44. & fortius in Regno vbi viger prag-
- matica sanctio 1. sub rit. de Senatus
- 13 conf. Velleian. qua cautum est mulieres non posse fideiubere, ne aliter contrahere renunciando Senatus Consulto Velleiano maxime in beneficium mariti Bal. in d. Auth. Siqua mulier nu. 6. vers. Sed pro Bartolo facit Aretin. in d. S. item si. in iudicio num. 17. Fabian. de Mont. de emptione & vend. q. 3. princip. num. 64. vers. Licet iurate, Menoch. de praesumpt. lib. 3. praef. 22. num. 8. Berlich. dec. 173. num. 19. & seqq. vbi tradit manifeste, & liquido constare debere parte praecij in vtilitatem mulieris fuisse versam, ex dictis per Affl. dec. 209. num. 3. Menoch. loc. cit. num. 10. nec
- 15 sufficit confessio mulieris dicentis in instrumento pecuniam in sui vtilitatem versam, secundum Pau. de Cast. in d. Auth. si qua mulier num. 3. vers. Sed queritur, sed realis, & vera requiritur probatio Bald. in eadem Auth. num. 6. vers. Nisi probetur Gaill. lib. 2. obser. 89. num. 1. vers. Non tamen sufficit, Berlich. d. dec. 173. num. 22. & 23. Marc. Ant. de Amat. dec. 27. n. 12. Henring. de fideiussor. cap. 7. nu. 402. Cacher. dec. 240. num. 2. cum alijs relatis per Barbof. in l. 1. quaest. 5. n. 55. ff. sol. matr. Dom. meus Praef. Merlin. controuers. forens. lib. 1. cap. 55. nu. 13. vers. Nec sibi obesse, vbi inter alios adducit decisionem Rot. Rom. relatum à Gratiano disceptat. forens. tom. 3. cap. 576. num. 32. quem videndum omnino monet D. Merlin. num. 14. ex dictis per Menoch. praesum. 27. vers. Tertius est casus lib. 6. & de recuper. posses. remed. 15. num. 586. & seq. & Surd. conf. 290. num. 5. quod onus creditoris est probare pecuniam illam verè fuisse versam in vtilitatem vxoris, etiam cum iuramento quasi
- 16 quod fuerit interpositum super contractu contra bonos mores quod sanè iuramentum non est obligatorium cap. non est obligatorium de regul.
- 17 iur. in 6. idquè potest Princeps secularis declarare respectu iuramenti

menti vt plenè tradit *Fortun. Garz. de ultim. fin. à num. 225. ad nu. 387. Reg. Rou. in commentar. ad d. pragm. nu. 3. in fin. faciunt tradita per Dom. de Franch. dec. 391. qui num. 2. allegat ad id Efern. in S. sed nec alia inferior. 2. col. vers. Mirum tamen, quæ sit prim. cau. benef. amict. Ann. in constit. Diuæ memoria num. 222. & seq. Marefcott. variar. resol. cap. 62.*

Quæ adeò veritate nituntur, vt
 18 etiam si vxor fateretur pecuniam ad se peruenisse, fieretq; in eo instrumento debitorum cum viro, adhuc non obligaretur, quia confessio præsumitur facta in fraudem legis, & mulierem adhibitam vt pro viro fidei iuberet secundum *Bald. doctrinã in d. Auth. si qua mulier*, quam approbarunt ibi *Castrens. Alberic. Salic. & alij, Cast. conf. 8. lib. 2. Abb. conf. 44. nu. 1. lib. 1. Franc. Marc. dec. 508. nu. 7. Thes. d. dec. 223. nu. 2.* inquiring ita obseruare Senatum *Gayll. practicar. obseru. lib. 2. obser. 89. quem Thes. iun. in addition. ad patrem d. decis. 233.*
 19 *lit. A.* adducit, etiam si fatèatur vxor se principalem debitorum in instrumento, in quo se obligat insimul cum viro, nam adhuc præsumitur intercessisse, & fidei iussisse pro eo iuxta *Speculatoris* placitum in *tit. de solut. S. 1. vers. Sed pone vir, & vxor col. 2. Abb. conf. 44. num. 1. lib. 1. Bolognin. conf. 43. col. DD. in d. Auth. si qua mulier. presertim Odofr. & Bart. nu. 3. & ibidem Bald. col. 2. post Iacob. Butrigar. & Alber. num. 2. Crau. conf. 91. num. 5. vers. quibus tamen lib. 1. alijq; plures adducti per *Matthiã Berlich. dec. 173. nu. 3. & decis. 226. nu. 3. & 4.* vbi tenet mulierem interuenire in
 20 in eiusmodi contractu cum viro ad cautelã alterius, non quod probetur pecuniam recepisse, nam tota ad virum peruenisse præsumitur secundum *Curt. sen. conf. 53 nu. 1. vers. tum quia Crau. d. conf. 91. num. 5. post med. vers. eodem modo, itaq; mense Iulio respõdiffe, fidem præstat Berlich. d. dec. 226.**

num. 8. vers. Atq. ita, & iterum consultos Marpurgenses eadem anno menses Septembris, refert idem Berlich. num. 9. Nam videtur color quæsitus *Alex. in addit. ad Bart. in l. si mulier ff. ad Vellei. Salic. in d. Auth. si qua mulier post Nicol. de Matar. Aret. in S. Itẽ si in iudicio instit. de except. col. 16. Frac. Marc. d. dec. 508. Thes. prædictorũ haud immemor dec. 223. n. 2. in 1. ampliat. & dec. 222. num. 14. in 2. ampliat. subdens idem esse iudicandũ si in eodem instrumento vterq; fateatur se recepisse pecuniam, quic-
 21 quid in contrarium dixerit *Io. And. in addit. ad specul. in d. S. 1. post Oberi. de Bob. teneri scil. mulierem pro dimidio saltim, nam contra Io. And. quod Imo mulier in nihilo teneatur, iudicasse Senatum Pedemontanum ipsomet Thesaurò referente de anno 1551. die 20. Martij ibidem recenset in loc. mox adducto, vbi adnotauit fundasse Senatum suam determinationem in verbis Senatus Consulti relatis ab *Vlpiano in l. 2. ff. ad Senatus Cons. Velleian. ibi Quæ pro alijs reæ fierent, cuius sententiæ extitit Io. Vinc. Ann. sing. 290. Menoch. præsum. 22. lib. 3. Reg. Rou. in d. pragm. 1. de Senatus Cons. Velleian. num. 10. vers. Et insuper. Quibus concinit doctrina *Imola in cap. cum contingat num. 26. de iureiur. & in l. cum vir col. antepen. vers. Item aduerte, ff. de*
 22 *usucap. vbi ita Bononiæ iudicatum fuisse testatur. Ang. Aretin. in S. Est & aliud 3. Instit. de donat. num. 2. in fin. vers. Et aduertat instit. de except. nu. 17. Cacher. dec. 140. nu. 1. Petr. Vbal. de duob. fratrib. par. 9. num. 3. vers. Vel maritus, & vxor, Ronchegall. in l. eadem rem num. 55. vsq. ad 63. Tiraq. de retract. lignagier S. 31. glos. unic. n. 5. Crau. conf. 91. num. 1. & 11. vbi dicit communem esse opinionem, adeo quod nefas, & temerarium videatur ab opinione tantorum patrum, & pro qua in *Curijs tam illustribus iudicatum est, discedere, Gaill. lib. 2. de obseru.*****

obseru. 89. num. 2. vers. ubi dicit Vve-
semb. in rubr. ff. de fund. dotal. num. 7.
vers. Cum tamen Anton. Henring. de
fideiussar. cap. 7. num. 403. vers. Cur
ita, Nat. cons. 352. nu. 3. & seq. vol. 3.
22 qui omnes tradunt quod si mari-
gus, et vxor simul contraxerunt, &
vendiderunt, etiam si vxor iurauerit
in casibus necessarijs, & ambo con-
ficientur in instrumento recepisse
præitium, maritus tamen, & eius he-
redes tenentur ad præitium reddend-
um, quia ad eos præsumitur per-
uenisse, non ad vxorem, & Imola se
subscribit Gomez ad l. 53. Tauri nu.
57. & decisum per Sac. Consil. Nea-
polititanum refert Affl. dec. 209. nu. 3.
& seqq. eisq; relatis obseruat Gut-
tier. de iuram. cōfirmator. par. 1. cap. 1.
nu. 54. vers. Sed adhuc tenenda. Marc.
Anton. Amat. dec. 127. num. 10. cum
duob. seqq. Boer. dec. 23. num. 6. vers.
Quo ad primum Menoch. (qui plures
conglomerat) lib. 3. præsumpt. 22. per
tot. Pistor. obseru. 13. num. 6. vers. Qui
nimò, Gamm. dec. 131. num. 2. vers. Sed
verius, Berlich. (qui prædictorum
memor extitit) dec. 173. num. 4. vers.
E contra par. 2. præsertim celeberrimi
Consulti Antonij Fabri in Cod. sui
nominis li. 4. tit. de probat. & præsumpt.
defn. 22. num. 8.

Secundum verò assumptum facilem
recipit comprobationem, nam
esto millies quod D. Francesca re-
23 nunciauerit Senatus Consulto Velle-
iano etiam cum iuramento, eius-
modi renunciatio non operatur ta-
liter quod ipsa remaneat indotata
inspecto tempore restitutionis do-
tium non autem renunciationis
Imol. in cap. peruenit col. 4. de emptio.
& vendit. cuius opinio tanquam
æquior amplexa fuit à Sac. Consil.
Neapolitano, teste Affliet. dec. 313.
Paris. cons. 75. num. 16. & 17. lib. 3.
vbi ampliat etiam si renunciatio iu-
ramento corroboraretur Affl. cons. 8.
num. 5. lib. 2. Murfil. cons. 125. nu. 36.
Casar. Vrsill. ad Affl. d. dec. 313. nu. 4.

vbi determinationem in casu pecu-
liari designat Dom. de Franch. dec.
477. num. 14. & 15. vbi tradit eius-
modi opinionem veriolem, & ap-
probatam tam de iure canonico
quàm ciuili Reg. Rou. in d. pragm. 1.
de Senatus cons. Velleian. num. 11.
vers. Præceteris, vbi quod hæc pro-
positio ab vngue excidere non de-
bet Gratian. disceptat. forens. cap. 723.
num. 22. vbi allegat Burgos. in d. cap.
peruenit de emptio. & vendition.

Quinimò: dum constat manifestè
24 eiusmodi contractum, & obligatio-
nem minimè cessisse in ipsius ux-
oris utilitatem, imò in euidens præiu-
diciu illius, dum nulla superest
spes recuperandi dotes, manifestè
obligatio illa redditur nulla ex de-
fectu causæ, sicuti pulchrè obseruat
Gratian. d. cap. 723. num. 8. vers. dicē-
25 dum idq; locum sibi vindicare in
omnibus contractibus, in quibus
mulier lædi potest, stat Put. dec. 162.
num. 2. lib. 1. Crescen. dec. 3. de constit.
itaq; decisum per Rot. Rom. de ann.
1577. in Tibertina Castri Sambuci
coram Clem. 8. & in pluribus alijs
relatis in illa Romana releuationis
indemnitate coram Ortembergo de
anno 1602. & in Romana Argentorū
coram Gregor. XV. de anno 1607.
ipsemet fidem nobis præbet in ter-
minis ferè indiuidualibus statuti
Vrbis dec. 333. vbi tenuit Rota obli-
gationem Marchionissæ esse nullā,
ex quo quilibet contractus ex quo
mulier lædi potest, nullus existima-
26 tur, subdens fideiussionem non so-
lum esse contractum de sui natura
læsiuum ad tex. in l. 1. C. de filio fam.
minor. l. ait Prætor, §. 1. ff. de minor. sed
etiam in muliere esse à iure impro-
batum l. 1. & tot. tit. ff. ad Senatus Cōs.
Velleian. eò magis ad fauorem ma-
riti Auth. si qua mulier C. ad Velleian.
subdens num. 3. quod hoc dicat
specialis ratio, consistens quia præ-
27 sumitur vxor à marito seducta, vt
per Bald. cons. 5. num. 1. lib. 5. & totū
præ;

precium recepisse videtur, nec com-
 modè potuisse vxorem voluntati
 ipsius resistere, vti post *Affl. dec. 209.*
num. 3. vers. Et quia, tradit Berlich. d.
dec. 173. num. 6. & seqq. par. 2. in quies
 eiusmodi confessionem in gratiam,
 & fauorem viri factam censerit, se-
 cundum *Bald. in l. 1. num. 4. C. de*
duob. reis, & vxorem haberi pro adie-
cta, iuxta Anton. Fabr. placitum loc.
modo citat. num. 8. vers. Cum videatur
 & notanter ibi *Oliuer. Beltram. in*
Annotat. lit. A. tradit statutum Vrbis
 procedere in omnibus contracti-
 bus, qui de sui natura læsiui sunt,
 adducens *Cott. dec. 211. Gabr. conf. 6.*
num. 4. & conf. 20. num. 55. lib. 2. aliā-
 que *Rota determinationem de anno*
 1601. in *Romana nominationis domus*
 coram *Pamphilio* quod dum apparet
 de enormissima læsione ob quam
 actus redditur nullus, etiamsi iudi-
 cis decretum in eo intercesserit, pro
 eo non præsumitur *Ruin. conf. 107.*
num. 14. lib. 1. Rolan. conf. 7. num. 89.
lib. 3. Rim. Senior conf. 351. nu. 8. lib. 2.
 moti ex doctrina *Innocent. in cap. pro-*
posuisti de probat. Bart. conf. 55. col. fin.
lib. 1.

Arridet prædictis; quia in omni
 contractu gesto per vxorem in be-
 neficium mariti interuenit metus,
 qui saltem reuerentialis negari non
 potest, cum sit à iure præsumptus
 ex regula *tex. in l. 1. §. que oneranda,*
ff. quar. rerum actio non detur, prout
 nec etiam potest negari læsio, quæ
 resultat ex obligatione contracta,
 pro soluenda pecunia nõ ad ipsam,
 sed ad solum virum, & pro eius cau-
 sa, suiq; beneficium peruenta, eò
 etenim ipso quod pro viro se obli-
 gavit, dicitur læsa ex traditis per *Af-*
fi. dec. 222. sub num. 8. Socc. iun. cõf.
47. num. 6. cum seq. lib. 4. Sforz. Odd.
de restitut. in integr. quest. 64. art. 2. &
3. Surd. conf. 226. num. 19. lib. 2. Pe-
droc. conf. 26. per tot. Sanchez de ma-
trim. lib. 4. disput. 6. nu. 24. in 4. quest.
Alb. conf. 77. num. 5. Cost. in consil. post

distint. 91. centur. 2. in tractat. de fact.
scient. num. 24. & seq. Franc. Anton.
Cost. Siculo conf. 38. nu. 13. 14. & 15.

Nec inficias iri potest, quod con-
 31 currente cum metu reuerentiali,
 læsione tunc solus metus reueren-
 tialis sufficiens est ad annullandum
 contractum absq; alia coniectura,
 etiam nullis probatis minis, aut ver-
 beribus & hanc esse communem
 resolutionem fatetur *Dec. in cap. cau-*
sam matrimony num. 22. & seq. de of-
fic. delegat. Aretin. conf. 24. nu. 9. vers.
In contrarium, Socc. sen. conf. 176. nu.
17. lib. 4. Curt. iun. conf. 141. num. 11.
Surd. conf. 395. num. 29. lib. 3. & conf.
513. num. 38. lib. 4. Honded. conf. 39.
num. 42. & seq. lib. 1. Caph. conf. 62.
num. 30. lib. 1. Covarr. de sponsal. par.
2. cap. 3. §. 6. num. 4. vers. Sed intelli-
gendum Gram. dec. 103. num. 49. &
seq. Cacher. dec. pedem. 179. num. 5.
 & 6. *Boer. dec. 100. nu. 10. Tiraq. ple-*
 nissimè, more suo de *legib. connubial.*
glos. 1. par. 1. num. 25. & glos. 5. nu. 36.
Camill. Salern. ad Napod. in probam.
consuet. Neapol. in Apostill. incip. Vis
metus fol. mihi 59. Rota Rom. dec. no-
uiss. 162. num. 5. par. 2. Boer. dec. 100.
num. 10. Guttier. de matrim. cap. 77.
num. 15. Consiliar. Paschat. de virib.
patr. potest. 3. part. cap. 2. num. 37. Pon-
tius de matrim. lib. 4. cap. 5. num. 2. Ca-
still. Sotomayor lib. 3. controuers. cap. 1.
num. 151. & lib. 4. cap. 22. n. 29. & 30.
 & ex *Molina Padilla, & Gamma,*
Borrellus conf. 4. alijsq; adducti lon-
 ga, & ordinata serie à *D. Larrea al-*
legation. fiscal. cap. 35. num. 25. vers.
Quarto. P. Molfes. ad consuetud. Neap.
tom. 2. par. 8. tit. de consens. mulier. q. 6.
num. 13. & 14. Trentacinq. lib. 3. va-
riar. resol. lib. 3. num. 11. & tit. de iur.
dot. resol. 5. num. 10. Cost. de ration. ra-
te quest. 42. num. 8. Cancer. lib. 3. va-
riar. cap. 1. nu. 105. & cap. 15. nu. 106.
 quorum meminit *D. Larr. loc. cit.*
 32 Imò quod sufficiat fumus metus
 reuerentialis ad rescissionem con-
 tractus gesti per vxorem, tenuit *Ca-*
strens.

Arrens. conf. 174. num. 2. & seq. lib. 1.
Aretin. conf. 24. num. 4. & in cap. in
presentia num. 9. de prob. Suarez cō-
mun. opinion. lit. M. num. 153. Ann. al-
leg. 88. num. 6. Capic. dec. 159. nu. 84.
D. de Franch. dec. 119. num. 5. Menoch.
de arbitrar. Iudic. cas. 136. num. 9. Mi-
rad. in constit. Regn. incip. In aliqui-
bus in 3. notab. nu. 7. Reg. Galeot. con-
trouers. Illust. cap. 14. num. 26. tom. 1.
cum aliis nonnullis à Me adductis
in 1. tom. disceptation. forens. cap. 27.
num. 56. & seq. vbi pariter adnotau
 33 *num. 58. quod si lætio copulatur cū*
metu reuerentiali, procul dubio
causat nullitatem ex dictis per Co-
uarr. de spōsal. par. 3. §. 4. Cacher. dec.
79. Anto. Fab. in suo C. de eo quod met.
caus. defin. 6. Preses Amat. conf. 41. nu.
12. Reg. Rou. conf. 68. n. 10. & conf. 85.
n. 22. lib. 2.

Nec tantisper negotium facessit
 dispensatio obtenta ab vno ex Re-
 gentibus, quod liceat obligationem
 prædictam facere d. D. Franceschæ,
 Nam eiusmodi dispensatio tum ie-
 iuna, & inefficax est, tum vires ha-
 bet nullas, processit siquidem con-
 34 tra expressam dispositionem *regia*
pragm. 1. editæ de anno 1543. in tit.
de Senatus consult. Velleian. per quã
non solū renouatur dispositio Velle-
leiani, sed non obscure statuitur
posse mulieres illo iuari etiam
quod certioratæ renunciauerint cū
iuramento, declarando iuramentum
esse contra bonos mores ciuiles, &
propterea non esse obligatorium,
iuxta dispositionem iuris canonici,
imò imponitur pœna priuationis of-
ficii Notario stipulanti, & tollitur
potestas Regentibus Regiam Can-
cellariam cuiuscumq; declarationis
faciendæ, vnde Reg. de Pont. de potest.
Proreg. tit. de diuers. prouision. §. de de-
cret. Collat. Consil. num. 4. decretatio-
nes fieri solitas per totum Collate-
 35 *rale Consilium tradit in maritatis*
eam esse, Liceat dummodò non re-
manent indotata, nec defraudata ipso

rum dotibus, ea nempe ratione, quia
constante matrimonio non possunt
de eis disponere, & rursus semper
præsumuntur à viris oppressæ, & ob
id de dotibus fit tantum mentio,
ideoque dum per vnum ex Regen-
tibus fit decretatio Liceat, quasi ve-
lit dicere, non indiget dispensatio-
 36 *ne, benè docet Reg. de Ponte d. nu. 4.*
procedere in viduis, licet pluries ad
 37 *viduæ fauorem, etiam si principaliter*
obligatæ fuerint contractus fuisse
declaratos nullos per Sac. Conf.
refert Dom. de Franch. dec. 279. 578.
& 623. Gizz. dec. 4. quibus inhæret
Dom. meus Pras. Merlin. d. cap. 55.
num. 16. vers. Sic ergo quicquid con-
tra attentauerit Reg. de Pont. loc. cit.
in princ. & in existentibus in capil-
lo, & quod liberam habent bonorū
suorum administrationem, non autè
in maritatis, sed quia memorialia,
continent intercessionem dum præ-
supponitur hisce decretationum
formulis pragmaticæ dispensatum,
(inquit) deceptos esse Regentes, er-
roneas, ac nullas esse decretationes,
contra manifestam iuris dispositio-
nem, & contra propriam Pragmati-
cam, maximè in maritatis, quæ secū-
 58 *dum glosam notabilem in l. 2. ff. ad*
Velleian. lex præsumit quod amore
captæ, semper etiam violentatæ pro
viris intercedunt.

Quidquod: nedum vnum ex Re-
 39 gentibus talem obligationem con-
 ualidare non posse ad eò indubium
 diiudicat *Reg. de Pont. vt nec etiam*
 totum Collaterale Consilium hoc
 facere voluisse inconsulto Princi-
 pe, firmè defendit, quia esset reuo-
 care Pragmaticam, non declarare,
 quæ nullo modo præiudicat, secun-
 dum doctrinam Pauli de Castr. in l.
heredes palam §. quod tamen num. 4.
ff. de testam. Felyn. in cap. cum olim nu.
5. de re iud. Crau. de antiquis. tempor.
in princ. in cap. incip. Non omisso
num. 32. & ex multis optimè conge-
 stis plenè inuehit contra prædictas
 de-

decretationes, siue dispensationes
Reg. de Pont. d. tit. de decret. Collat. Conf. nu. 11. & seqq. & in conf. 1. n. 30. vol. 1.

Suffragatur etiã Nobis, eo quod apertè secernitur in thesi nostra, fuisse petitam & impetratam dispensationem super fideiussione faciendâ in beneficium viri (cuius supplicis libellus copia datur) contra dispositionem Senatus Consulti, & tot Iurium contradicentium, ac tenorè regie pragmaticæ ex dictis hoc eodem *respons. vers. Quibus pramissis*, accedente quoq; læsione, sicuti modo tradidimus, & nunc allegare cordi est, doctum causarum Patrum *D. Petr. Diez Nogueroi. alleg. 26. num. 102.* qui tenet vxoris læsionè consistere in hoc quod maritus non habeat bona ex quibus damnum quod vxori ex alienatione facta virtute contractus cum eo celebrati contingit, ei possit resarciri, adducens inter cæteros *Farin. dec. 709. num. 3. par. 2. in recentior. Consiliar. Ann. conf. 73. num. 24. lib. 1. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 18. par. 3. a num. 52. vbi num. 54. vers. Secundo vero* refert sic decisum, vnde *idemet D. Nogueroi. num. 104.* tradit certam & indubitatam esse conclusionem, obligationem vxoris rescindi debere, extante tali enormissima læsione, quam Doctores numero quatragesima duo sectati fuerunt, quos seriosè ipse enumerat ex *num. 107.* itaq; *Senatum* iudicassa, subdit in *causa Ducisse de Medina de Rio Seco cum Ioan. Gil Delgado num. 147.*

Tertium tandem assumptū quod nullum parti præbeat beneficium declaratio facta per *D. Franciscam* in Iudicio penès acta *Sac. Conf.* (validam nempè fuisse obligationem, ac pecuniam in eius beneficiū versam fuisse respectu nonnullarum, quantitarum) suadetur ex eo *quod licet mulier millies consen-*

tiat instrumento debiti contracti per virum, non tenetur, nisi probetur pecunia versa in suam vtilitatè, per *tex. celebrem in S. Et illud verò in Authen. Vt null. iudic. liceat haber. loc. seruator.* qualitercumq; etenim *43* maritus, & vxor in eodem instrumento contrahunt, vxor non obligatur ipso iure, nisi pecuniæ versio in eius vtilitatè processisse demonstretur *Abb. cõf. 44. n. 1. vers. Nã secundum lib. 1. vbi tradit semper mulierè in dubio videri adhibitam, vt intercedat pro marito Reg. Rou. in d. prag. 1. n. 8. vers. Et nota de Senat. cõf. Velleian. cum alijs allegatis per Thes. dec. 223. n. 2. cuius memores exitimus hoc respons. vers. Quæ adco & nunc addimus Berlich. d. dec. 173. n. 8. & 9. & num. 15. vers. Quemadmodum, vbi ponit casum, quod si vir, & vxor *45* confessi sunt in publico instrumento se accepisse mutuò decem à Titio, & quilibet insolidum se obligauit, & facti sunt duo Rei debendi, & quilibet omnia sua bona obligauit creditori & insuper vxor renunciauit Senatus Consulto Velleiano & dispositioni *tex. in l. antiqua C. eod. & iuri hypothecarum, ac nouæ constitutioni, quod tamen vxor non teneatur, nec conueniri possit si vel tota pecunia ad virum peruenit, vel sit dubium, an aliquid de ea ad vxorem peruenerit, nisi manifestè constet vel probare possit aliquid ad vxorem peruenisse, ad tradita per Specu. d. lib. 4. par. 3. tit. de oblig. & solut. S. ante omnia el 1. nu. 9. vers. Sed pone vir, quem sequitur Affl. d. dec. 209. num. 3. vers. Hac sententia, *46* vnde notabiliter tradit Berlich. loc. citat. num. 16. vers. Et ideo, quod contrahens, vel creditor mutuò dans pecuniam, debet esse curiosus, vt pecunia effectualiter perueniat ad mulierem ex *Bald. in d. Auth. nu. 13. vers. Ergo contrahens D. Nouarius* (quem nuper è nobis non sine in-**

M m genti

genti marore iuuida mors abstulit) in collectan. ad d. prag. de Senatus conf. Velleian. num. 4. ampl. 4. vbi D. Merlin. adducit d. cap. 55. minus refragante, quod obligatio fuerit geminata, cuius geminationis efficacia extollitur, vt reddat validum actum, qui alias esset inualidus arg. *tex. in l. Ba-
liffa, ff. ad Trebell. Bars. in l. cum sci-
mus, C. de agricol. & censit. lib. 10.* Nā in casu mulieris se obligantis, geminatio non nocet vxori secundum doctrinam Aug. in S. item si col. 16. vers. ex predicta Instit. de except. & concinit *tex. in l. si mulier 22. C. ad Velleian.* ea quippe ratione, quia ea fragilitate, qua mulier decipitur in fidei iubendo pro alio, eadem etiam imbecillitate mentis, siue (in re de qua agimus) eadem durante causa, metus reuerentialis viri inducta, præsumitur ad declarationem faciendam, sicuti docet Præceptor communis *Bart. in l. doli num. 2. ff. de nouat.*

Amplius: dato quod mulieris
47 obligatio cum renunciatione sustineri possit ex dictis per *glos. in l. fin. S. pen. seu fin. ff. ad Velleian.* attamen (quicquid sit de opinione *glosæ* prædictæ cui contrariantur *Bart. & Bald.* quorum meminit *Thes. dec. 22. num. 2.*) dato quod *Glosa* opinio sit verior, & sustinenda, semper intelligitur sub ea conditione *si mulier fuit certiorata de beneficio Velleiani* nam deficiente certioratione, obligatio non teneret, secundum *glosam* quam ordinariam, & communiter approbatam prædicat *Thes. d. dec. 222. num. 3.* vbi innumeros cogerit, signanter *Padill. in l. fin. num. 10. C. de iur. & fact. ignor. Reg. Rou. in dict. prag. de Senatus Conf. Velleian. n. 1.*

Cum igitur D. Francesca minime certiorata fuit de viribus Senatus consulti Velleiani, merito declaratio simpliciter per ipsam facta, illi, siue D. Ioanni eius filio, & heredi præiudicare non poterit, nam iuri

48 ignorato renunciatum non videtur ad *tex. in l. mater decedens, ff. de inoffic. testam. l. nec is S. heres institutus, vbi Ias. num. 8. ff. de acquir. hered. l. in confirmando, & l. utilitatem, ff. de confirm. tutor. cum concordan.* At secundum Regiam Pragmaticam sæpius à nobis recensitam, ne quidem habita certioratione Senatus Consulti Velleiani, poterit sustineri obligatio vxoris in beneficium viri, etiam si iuramentum accedat, sicuti modo probauimus, & docet *Reg. Rou. ibi nu. 3. in fin.* inquit per Pragmaticam, fuisse omnia sublata, quæ de iure communi dubitationem facere poterant.

Et pro coronide: etiam si in casu de quo agimus, D. Francesca expresse pactum inierit de non contraueniendo eius fidei iussioni, siue obli-
49 gationi, adhuc pactum non subsistere dicendum est, cum nedum verget in deteriorationem dotis pactum prædictum, verum etiam in eius totalem amissionem; *textus* sunt capitales in *l. dedit l. idest, l. vbi autem, l. Attilicinius, & l. de die, ff. de pact. dotal. & adnotauit inter priuilegium dotis Bald. Nouell. in tract. de dote par. 7. priuileg. 11. Afflict. dec. 154. nu. 2. Negusan. de pignor. par. 2. memb. 4. nu. 86. Tiraq. in repet. l. si unquam verb. donatione largitus num. 31. C. de reuoc. donat. Natt. conf. 207. num. 1. vol. 1. Mandell. conf. 4. num. 8. vol. 1. Gram. dec. 102. sub num. 48. vers. Nec obstat quod in calce instrumenti & nu. 123. idem Gram. consil. ciuil. 11. Maxill. ad consuetud. Bar. tit. de donat. inter vir. & vxor. num. 43. Ambrosin. dec. Episcopal. Perusin. 6. num. 4. D. de Franch. dec. 54. num. 5. vbi ne quidem vxore volente, pacta eiusmodi valere tradit, & dec. 381. num. 3. post Soccin. conf. 118. num. 11. lib. 3. Honded. conf. 14. num. 54. & conf. 41. n. 26. lib. 1. Collega noster summæ doctrinæ fecundissimiq; ingenij viri D. Io. Dominic. Gaito in celebr. tractat. de credit.*

credis. cap. 4. quasi. 11. nu. 1511. duo etenim copulatiue requiruntur, vt pacta dotalia sustineantur, mulieris scil. consensus, & eiusdem utilitas, 52 nec satis est pactum esse tale, quod ex eo possit melior fieri mulieris conditio, nisi ex euentu quoq; concurrat eius utilitas *Narr. cons. 37. Rip. obser. 119. Gram. d. dec. 123. num. 22. vbi num. 254.* extendit etiam ad donationem propter nuptias, ob communicationem priuilegiorum *Thes. dec. 240.* vbi disputat in dote promissa, *D. de Franch. dec. 381. Cutell. dec. Sicil. 333. Ego ipse in 1. vol. dissertation. forens. cap. 27. num. 44. cum* 53 *quatuor seqq.* Hic autem vitiumque deficit, nam consensus abest dum per vim, & metum fuit prestitus, accedente latione ex dictis pulchre satis per *Marc. Ant. Eugen. cons. 12. num. 69. Camill. de Medic. cons. 12. num. 8. & seq.* Abest pariter utilitas, quia nihil de dote habuit, nec habere sperat ob patris inopiam, sicuti in facto deduximus, & copias nobis de iure prestat auxiliares, *D. de Franch. dec. 578. num. 2.*

Ex quibus nitidam D. Ioannis iustitiam in propatulo esse, in spem ducimur, sub correctione tamen relictius sentientis; Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ, Neap. die 29. Augusti 1647.

Rei euentus mihi non innotuit huiusq; modo, Iurgium etenim intentandum erat per Actorem in Ciuitate Florentiæ, in qua Reus incolatum facit.

S V M M A R I V M.

- 1 Decreta Sac. Cons. Neap. si contingat ab eis reclamari, sunt ante omnia executioni demandanda.
- 2 Spoliari de facto quis dicitur à Iudice, quando non fuit auditus.

- 3 De facto que fiunt, de facto sunt reuocanda.
- 4 Tertius possessor lite pendente, patitur executionem sine nouo processu, lata sententia contra primum possessorem.
- 5 Cap. Regn. Conuentus procedit etiã in actione hypothecaria.
- 6 Litigij vitium an comprehendatur per reclamationem.
- 7 Supplicatio an requiratur de necessitate, ad finem vt inducatur litigium.
- 8 Reclamatio est remedium extraordinarium, appellatio verò ordinarium.
- 9 Reclamatio quoquomodo facta, siue per supplicationem, siue per comparitionem, siue per replicationem videtur inducta.
- 10 Et in ea duo considerantur tempora, si fiat ante biennium, vel infra decem dies.
- 11 Tempora reclamationum qualiter considerantur in Sac. Cons.
- 12 Fatalia qualiter currant in causis reclamationum à sententijs Sac. Cons.
- 13 Praxis circa tempora reclamationum, qualiter obseruatur in Sac. Cons.
- 14 Supplicatio idem est, ac reclamatio, & e contra, & quid operatur, & n. 15.
- 16 Appellatio duplicem effectum operatur, scil. suspensiuum inspecto futuro statu, & extinctiuum, inspecto presenti.
- 17 Reclamatione pendente, lis non dicitur finita.
- 18 Restitutio in integrum, non competit contra tertium possessorem.
- 19 Emptor rei vendite subhasta, non potest molestari super re ipsa, si sententia retractatur.
- 20 Sed tantum competit actio super pretio.
- 21 Decis. Dom. de Franch. 120. dilucidatur.
- 22 Bald. in Auth. Eiqui col. fin. vers. Sed quid si fuit processum C. de bon. author. lud. possid. declaratur.

- 23 *Restitutio in integrum, nedum in integrum reponit, verum etiam in eo statu, in quo erat ante latam sententiam.*
 34 *Cautio fingit rem esse.*

ARGUMENTVM:

Litigij vitium an contrahatur reclamatione pendente, Et an reclamatio eundem operetur effectum ac appellatio, & an remedium dicatur ordinarium, vel extraordinarium, & qualiter reclamatio censeatur interposita, siue per supplicationem, siue per simplicem comparitionem, siue per replicationem, & qualiter tempora considerantur circa reclamationem interponendam siue decennij, siue biennij, siue respectu fatalium:

Decis. Dom. de Franch. 120. explanatur.

P R O

Sacro Hospitale Incubabilium.

C V M

Io. Francisco Coppula.

C A P. X X X I I I.

SVB VMBRA PROTECTIONIS

DEIPARÆ.



Deo clarum esse arbitror iusticiam Sac. Hospitalis Incubabilium super restitutione petita, ac mediante decreto

Sac. Conf. & qu. Conf. Marcian. tunc causæ Commissarij in eius executionem obtenta contra Io. Franciscum Coppulam, hæredem qu. Io. Iacobi eius patris detentorem modiorum duodecim territorij, spectantium ad Hospitale prædictum, vt nullo quæsito colore per partem aduersam obumbrari possit siue respectu ordinis, siue iustitiæ (prout asserit) id quod apertè patebit ex ipsamet facti serie, quæ sic se habet.

Possidente etenim *Sacro Hospitale* modia prædicta duodecim territorij inter alia plura sita in pertinentijs Cinitatis Auerse, petijt in *Sac. Conf.* Prudentia Filosa ex iuribus suis dotalibus, & obtinuit contra Hospitale de anno 1602. die 23. Ianuarij relaxationem territorij prædicti vnà cum fructibus perceptis liquidandis, vt ex tenore sententiæ fol. 39.

A qua quidem sententia interposita reclamatione pro parte Hospitalis mediante comparitione præsentata sub die 28. eiusdem mensis, & anni fol. 40.

Fuit pro parte Filosæ præstita cautio de restituendo omne totum, & quicquid fuerit consequuta vigore ipsius sententiæ in casu retractionis, quæ cautio fuit præstita die 11. Februarij fol. 45. & obtinuit decretum pro consignatione possessionis die 29. Martij eiusdemmet anni fol. 50. in fine.

Ven-

Vendit interea reclamatione pendente de anno 1603. die 3. Ianuarij Prudentia victrix territorium prædictum Ioan. Iacobo Coppula, dolo desinens possidere, vt in potentio rem, dominium, & possessionem rei litigiosæ transferret.

Et licet Hospitale se direxerit contra eius Authores, ipsos laudando, contra quos sententiam obtinuit in forma de anno 1604. fol. 168. & prosequutum fuerit executionem ad annum vsq; 1607. f. 198.

Pro parte tamen Authorum prædictorum fuerunt propositæ nullitates aduersus sententiam, inter quas præcipuæ erant quarta, & quinta in ordine fol. 240. at. in quibus proponebatur ex scripturis nouiter reperiis retractandam venire sententiam latam contra Hospitale per viam restitutionis in integrum, quam petierat de anno 1606. Mense Februarij super qua parte aduersa, monita fol. 200. *Spectab. tunc Præses Sac. Conf.* (vt conformem se redderet rebus decisis in restitutione concedenda Hospitali) ex traditis per *Dom. de Franch. dec. 383. num. 3.* decreuit, quod fieret verbum ad finem videndi fol. 200. at.

Vndè deserens *Sac. Hospitale* prosequutionem executionis sententiæ contra Authores laudatos, totam vim constituit in obtinenda in integrum restitutione, aduersus quã dum se opposuisset de anno 1608. Io. Iacobus Coppula petens audiri fol. 210. eo quod emptor extiterit territorij prædicti, quodq; ipsum in Clericum alienauerit, producens in iudicio instrumentum emptionis, & iterum Io. Franciscus eius filius comparuisset de anno 1617. fol. 158. pro ihibitione habenda Curia Auerfanæ, in qua ad instantiam Alexandri Ciotta molestiam patiebatur super eodem territorio empro per Io. Iacobum eius patrem à Filosa super quo pendere litem in S. C.

asseruit, & proinde acta Curia Auerfanæ transmittenda esse in eodem, S. C. prout obtinuit f. eod. at. & acta præsentauit fol. 262.

Hinc iterum facta instantia pro parte Hospitalis in anno 1631. fol. 269. super restitutione territorij, ac stante morte Prudentiæ, petentis, quod procedatur cum procuratore instructo in damnum hæredum fol. eod. at. Et quia innotescebat hæreditatem dictæ Prudentiæ iacere, pariter in statum dari Curatorem, ac etiam procedi cum Io. Franciscus Coppula possessore, contra quem erit exequendum Decretum Sac. Consilij fol. 271. intimato dicto Coppula de anno 1632. die 8. Nouembris fol. 273. at. qui sub die 3. Decembris eiusdem anni procuratorem constituit Io. Franciscum de Marinis fol. 270. (licet non opus esset illum audire, nec citare, utpote, qui dum esset possessor rei litigiosæ, satis erat obtento decreto contra Prudentiam illud exequi contra Coppulam vigore *cap. Reg. Conuentus*) ad prouiso de Curatore seruatis seruandis hæreditati iacenti Prudentiæ fol. 277. ac de nouo monito procuratore Coppulæ constituto panes acta de an. 1633. die 3. Decembris f. 270. ac die 11. Mens. Maij eiusdem anni, f. 279.

Postmodum decreto S. C. ad relationem *Consil. Marcian.* interposito sub die 29. Martij 1634. fuit delatum petitiæ restitutioni fol. 279.

Eoq; notificato procuratori Coppulæ vnà cum instantia facta per Hospitale super restitutione territorij vnà cum fructibus, f. 280.

Tandem per eundemet *Reg. Consil. Marcian.* fuit latum decretum domi tenoris subsequenti.

Die 4. Aprilis 1634. per *Consiliarium Marcellum Marcianum* cause *Commissarium* fuit prouisum, quod pro executione decreti S. C. lati sub die 28. Martij præsentis anni 1634. terri-

terium modiorum duodecim situm in Civitate Aversa ubi dicitur allii Cypri, quod fuis venditum per Prudentiam Filosofam qu. Io. Iacobo Coppula, quod ad presens possideretur per Franciscum Coppulam heredem dicti Io. Iacobi, restitatur Sacro Hospitali Incurabilem, prout presenti decreto restitui mandatur, salva provisione facienda quoad fructus fol. 281.

Quo decreto notificato procuratori Coppulae die 28. eiusdem fol. 281. instetit per viam comparitionis sub die 5. Maij 1634. non esse de facto spoliandum possessione, eod quod cum suo principali non erat processus instructus, petens audiri suspenso decreto fol. 282. ac porrecta supplicatione, nulla facta mentione decreti S. C. obtinuit fieri verbum eodem die 5. Maij fol. 273.

Verum agnoscens per verbum praedictum fieri ordinatum, impediri minimè potuisse executionem decreti S. C. sub die 6. Februarij, obtinuit fieri verbum loco reclamationis de decreto S. C. tempore relationis faciendae alterius supplicationis fol. 284. (ordine quodam turbato) dum de stylo solù permittitur alteri ex colligatoribus praeces portigere pro obtinendo fieri verbum de praetensis per ipsum tempore relationis faciendae ad instantiam alterius partis.

Et licet multo minus veniat impedienda executio decreti S. C. circa restitutionem per hanc ultimam supplicationem de verbo faciendo loco reclamationis obtentam per Io. Franciscum Coppulam, cū sit prius executioni illud demandandum iuxta latius exarata per Affl. dec. 344. vbi Vr sill. D. de Franch. dec. 646. Reg. Rou. super prag. 5. de offic. Sac. Conf. & prag. 61. rod. tit. Reg. Galeot. respons. fiscal. 29. nu. 9. prout instat Sacrum Hospitale.

Attamen Nos, qui eius iura tue-

mur, praesupposita facti nota ex processu excerpta, demonstrabimus aduersarij praetensiones (omni sanè tempore, quo de reclamatione praedicta erit agendum) omninò respondendas fore, easq; in medium adducemus vt luce meridiana clariùs occurramus.

Quoad ordinem (vt ordinatè procedamus) pars autumat sibi imperitendum esse terminum, ex quo vti tertius possessor non potuit de facto, processu minime instructo adstringi ad restitutionem territorij, ad quod probandum plura adducit in iure, quod sanè assumptum in facto deficit, & in iure claudicat.

Deficit in facto, nam ex supradictis se cernitur nedum Ioann. Franciscum Coppulam fuisse auditum, sed pluries monitum, & ipso contradicente fuisse obtentam restitutionem in integrum, & ordinatum mediaute decreto, quod ipse restituat territoria in actis deducta, & sic cum decretum restitutionis in integrum, & aliud restitutionis territoriorum fuerint interposita ipso met contradicente, non est quomodo dicatur de facto spoliari possessione, Tunc etenim quis dicitur de facto spoliari quando fuit inauditus
2 contra *tex. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. nam adoptiuus, ff. de adopt. vbi omnes communiter vnde Summus Pontifex decreuit in clem. 1. S. Caterū de senten. & re iud.* quod nequidem Imperator Princeps Supremus potest procedere contra inauditum plene Sarmien. *selectarum interpret. cap. 14. lib. 2.* Nam vt inquit *Diuus Hieronimus in epistol. ad Iulianum*, relatus per *Simanc. de cathol. institut. tit. 2. num. 2.* Inter absentes incerta cognitio est, vt quis ignorans, & absq; culpa suo iure priuetur *Boer. conf. 99. num. 27. Azeued. in l. 4. nu. 99. tit. 21. lib. 4. Recopil. Guttier practicar. lib. 3. quæst. 37. n. 12. Postius dec. Rot. Rom.*

220. la 2. num. 5. Reg. Valenz. conf. 44. num. 6. lib. 1. ex quo principio formarunt DD. conclusionem ea, quæ de facto fiunt, de facto esse reuocanda *Bal. in l. fin. col. 2. & ibi Salicet. col. pen. C. de edic. Diu. Adrian. toll. Dec. in c. cū cessante de appell. Gabr. comm. conclus. de restit. spoliat. conclus. 1. num. 24. Guil. qui plura adducit omnino videndus, pract. obser. lib. 20. obser. 76.* Sicuti enim Iudex de facto processit, ita debet summarie eius processus reuocari l. 5. in princ. ff. simul. ventr. nom. l. mulier in princ. ff. de enict. Roder. de annuis reddit. lib. 1. q. 57. sub num. 54. prop. fin. cuius nemine *Poñius de manuten. obser. 12. num. 43.*

Claudicat in iure; dum etenim Filosa territoria prædicta vitio litigij affecta, transtulit in Io. Iacobum Coppulam, indubitata est iuris cōclusio potuisse recta via sine nouo processu contra possessorem Coppulam in Iudicium non vocatum, exequutioni demandare, sic *Cyn. in l. 1. nu. 11. & 12. C. de alien. Iud. mut. cau. Bart. in l. creditores 4. num. 23. C. de alien. Iud. mut. cau. Bart. in l. creditores 3. num. 23. C. de pignor. & in l. 1. S. si inter C. de litigios. quorum sententia deducitur de iure comm. ex l. ult. ff. & C. de litigios. in l. quamquam S. Iulianus. ff. de acq. plu. arc. Afflic. in constit. Regn. Eorum fraudibus nu. 10. & 11. Couarr. practicar. qq. cap. 15. n. 7. Osafo. decis. 65. num. 4. Capyc. decis. 128. num. 6. Peguer. decis. 205. num. 4. Caualec. dec. 16. nu. 7. & 8. par. 1. Parador. lib. 2. rer. quotidian. cap. fin. 4. par. S. 5. ex num. 6. Menoch. de presum. lib. 1. pres. 97. num. 59. Peregr. de iure fisc. lib. 4. tit. 6. num. 27. Reg. Sanfel. dec. 105. nu. 12. par. 1.*

Eoq; fortius in Reg. vbi per cap. 151. Regis Caroli 2. incip. Conuentus, constitutum est quod conuentus possessione rei, vel re ipsa, quocumque iudicio lite pendente cōtestata, vel quasi, possessionem intrauerit in personam ipsius alienantis, & transferentis, &

consentientis, finitur Iudiciū, & si per multas manus possessio ambulauerit, exequutio fiat contra possessorem apud quem dicta res, vel possessio reperitur manere, vbi notant *Sebastian. de Neapol. & Io. Ant. de Nigr. quem rex. pro-*
 5 cedere etiam in actione hypothecaria (qualis est casus noster) indistinctè iudicasse, & iudicatum vidisse restatur *Præses noster dec. 464. & dec. 545. Affl. dec. 331. num. 2. Lap. alleg. 136. num. 3. Matthienz. in l. 8. tit. 7. lib. 5. Recopil. Suarez conf. 7. num. 32. alijq; adducti per Reg. Valenz. conf. 19. num. 33. lib. 1.*

Quò fit, vt præsentiens Aduersarius motium litigij esse ineuitabile, nixus est probare per reclamationem interpositam simpliciter, absq; eo, quod fuerit porrecta supplicatio, & parti intimata, nullam adfuisse litis pendētiā, quasi quod nullibi in iure cautum reperiatur pendente reclamatione contrahi litigium, idemque statutum esse in
 6 recurso, qui comprehendit reclamationem ex sui generalitate, ad quod probandum adducit inter ceteras cotas, authoritatem *Reg. Rou. in dec. 14.*

7 Rursus adauget vires motiuo de necessitate supplicationis ad finem, quod adsit litigium ex *tex. in Auth. sed & lis C. de tempor. appell. quem* apertum pro eius opinione fundanda existimat.

Iterum *tex. prag. 5. de offi. S. C. vbi* clarius id dispositum contendit.

Denique rationem affert, quia reclamationem non est remedium ordinarium, sicuti appellatio, sed extra
 8 ordinarium ex gratia, pro qua obtinenda debet supplicari Principi secundum *Abb. Afflic. Caran. Rebuff. & Aufrer. in locis per psu. addu-*
 ctis.

Ego verò (quatenus ad primam partem motiui attinet) ex traditis per maiores nostros obseruavi, reclamationem quoquo modo factā,
 9 siue per supplicationem directam

Re-

Regia Maiestati, siue per comparationem præsentatam in Sac. Conf. siue per quamlibet simplicem replicationem, per quam declaretur animus victi, quod non vult acquiescere sententiæ latæ contra se, prænes acta sufficere, nec esse de forma supplicationem, duo etenim tem-

30 pora ex inueterata praxi S. C. considerantur in causis reclamationū, Vnum circa reclamationem interponendam, & hæc fieri debet infra biennium à die latæ sententiæ, sed si fiat ante decem dies, impedit executionem sententiæ, nisi præstetur cautio de restituendo in casu retractionis illius sententiæ; post verò decem dies non est opus aliqua

11 cautione: Alterum verò tempus attenditur circa prosecutionem

12 reclamationis interpositæ, quæ prosecutione fieri debet infra aliud biennium, alias biennio elapso, prima sententia transit in rem iudicatam, & non potest ulterius retractari, seu reuideri, nisi ex legitimo impedimento, aut protestatione in tempore circa lapsum fatalium, verum hoc secundum biennium nõ incipit currere, nisi post integram executionem illius primæ sententiæ, etiam si duraret per mille annos, ita appositissimè insinuauit magnus ille practicus omni æuo memorandus Reg.

13 *Rou. dec. 21. num. 15. qui in fin. tradit praxim hanc desumptam fuisse ex l. unic. vbi glos. magna in fin. C. de sent. præfec. Prætor. Auth. quæ supplicatio. & ibi glos. C. de præcib. Imper. offer. prag. 5. de offic. Sac. Conf. Gram. dec. 13. Præf. de Franch. decis. 646.*

14 Respectu verò supplicationis, eadem esse ac reclamationem, & è contra, & in omnibus casibus, in quibus non potest appellari, posse supplicari, probat *Maran. par. 6. act. 2. in verb. & quandoq; appellatur in vers. reclamatione num. 11. & manifestè probari in d. Auth. quæ supplicatio iuncto, S. ad hoc aliud in Authen. Vt*

sponsalitia largitas, etiam in terminis præm. 5. idemet Dom. Rouit. testatur d. dec. 21. num. 17. vbi nu. 19. pariter tradit tam de iure communi, quam de iure Regni quid operetur supplicatio, & quando fit necesse vt obtineatur.

Et ad iura, & auctoritates ex aduerso adductas, animaduertendum duxi per prius ab eodem *Reg. Rouit.* (licet nulla tanti viri mentione facta per aduersarium) *d. dec. 21. nu. 34. & 5. ordinatè fuisse proposita, & adductas, eisq; satis datum responsum ex num. 15. ad 22. tradens in fin. fatuum reputari apud pragmaticos omnes, qui contrarium attentauerit dū num. 15. in princip. asseueravit dubium per Aduocatos excitatum de reclamatione, & supplicatione fuisse visum penitus impertinens, & contrarium decisum per Sac. Conf. vnanimi consensu, ac vnico sane spiritu iunctis aulis testatur in fine decisionis, Reg. Samfel. dec. 6. per tot. par. 1. in eademet causa edita, in qua ipse vna cum Reg. Rou. votauit, in cuius discursu apparent omnia ex aduerso allegata, fuisse discussa, & reiecta, non obstante, quod decursu essent anni decem, & octo ad supplicationem porrigendam, & fuerit tantum reclamatum in calce mandati de parendo, prout Domini relegendo decisionem agnoscent, ne Nos ea transcripsisse videamur, quæ tantus vir altiori stylo, & verbis cōcinnioribus exarauit, in re, in qua uon est quid ulterius desideretur.*

Vnum tamen addimus (& erit responsio ad alteram partem motiui) 15 reclamationem eundem effectum operari, ac appellationem, & supplicationem teste *Iser. in cap. Imperialem, S. præterea si inter duos 6. col. in princip. ibi, sed pone, quod potest, de prohib. feud. alic. per Feder. Astic. in prælud. Constit. Regn. q. 10. num. 7. in puncto Lazar. conf. 64. n. 25. & 26.*

Quò fit, vt dum appellatio dupli-

plicem operatur effectum; scilicet
 suspensiuum sententiæ inspecto fu-
 16 turo statu, & extinctiuum inspecto
 præsentem per *tex. singularem in l. 1. S. qui prouocauit, ff. ad Turpill. Dom. de Franch. dec. 370. num. 19. num. 2.* cum alijs multis à Me coaceruatis in *1. disceptation. cap. 1.*
 17 certo certius dicendum est, litem non adesse finitam, pendente reclamatione, & in terminis terminantibus *Dom. Rou. in prag. 38. de offic. procur. Cesar. S. Et similiter, de diffinitiuis ex num. 3.* ait durante appellatione, supplicatione, aut reclamatione, seu interpositis remedijs nullitatis, aut restitutionis contra sententiam non esse primam litem finitam, imò censeri continuatam; ibiq; *num. 12. contra Afflict. in dec. 341.* à parte citatum neruose sententiam hanc defendit, cui optimè concinunt tradita per *Dom. Consil. Carleual. in suo absoluto tract. de iud. disp. 2. q. 7. sect. 3. num. 95.* circa med. in *1. allegans tex. in l. ita demum C. de procur.* ex quo deducit conclusionem pluribus alijs adductis ad conuincendum, eundem effectum operari appellationem, supplicationem, reclamationem, nullitatem, & restitutionem in integrum.

Ex quibus omnibus emergit, territoria deducta in iudicio, pendente reclamatione fuisse translata in emptorem, litigij labe infecta, & sic succedit clara dispositio *cap. Regn. Conuentus.*

Et dum pars ad contrarium suadendum adduxit autoritatē *Dom. Reg. Rou.* æqui, boniq; ferat eiusdem viri doctrina ex prædictis nostram sententiā comprobati sua prorsus explosa, ita vt clauus clauo tradatur.

Secundum partis assumptum, quod non competat restitutio in integrum contra tertium possessorem,
 18 niçtu oculi resoluitur ex ipsamet facti nota, dum demonstrauius nedum fuisse Coppulam citatum, &

auditum; verum etiam decretum
 19 restitutionis ipso contradicente prolatum, & sic deficit parti principium facti, & ea, quæ in iure adduci possent de industria missa facimus, ne frustra membranas occupare videamur ad euadendum iura, quæ nostræ facti speciei toto distant cælo.

Quatenus autem ad confirmandum adducit simile de eo, qui obtinuit sententiam super re, quam Iudex vendidit, vt si deinde tertius
 20 compareat, & retractetur sententia, quod non habeat actionem victor ad rem contra emptorem, sed tantum ad pretium contra victum adducens *Dom. de Franch. dec. 120.*

Ea se offert nobis responsio, tantum abesse ex *d. Præs. decisione*
 21 motiuum partis robur accipere, vt potius appareat euidenter prosterne; siquidem casus decisionis vertitur in eo, qui post obtentam sententiam, & factam venditionem per Iudicem, si postmodum in appellatione reus vincit non datur ei actio contra legitimum emptorem, ita *Præs. ipse num. 8.* super quo notatu digna existimaui verba illa (*legitimum emptorem*) quæ casui nostro minime conueniunt, dum Coppulanedum non est legitimus emptor, sed vitiosè in fraudem reclamationis territoria emit, ex qua emptione, nec dominium, nec possessio transferri potuit vsquequaq.

Vltra quod casus per *Præs.* positus, verificatur tantum in venditione, quæ fit à Iudice virtute sententiæ, non autem in venditione fraudulenta facta per partem (prout facti nostri thesis indicat.)

Et licet Aduersarius ponderans doctr. *Bald. allegatam per Præs. de Franch. d. decis. 120. num. 8.* nixus sit persuadere *Bald.* loqui indistinctè etiam in venditione, quæ fit per partem, adducens *glos. in l. fulcinius §. 1. verb. oportet, ff. ex quib. cau. in possess.*

N n

Ego

Ego (vt ingenuè fatear) Baldi doctrina perlecta, totum contrarium obseruo ad literam, quæ non potest
 22 cauillari, dum in *Auth. ei qui iurat col. fin. vers. sed quid si fuit processum C. de bon. author. lud. possid. num. 47. in fin.* casu quæstionis proposito hæc verba apposuit (*penes debitorem remanet conditio, sed res à legitimo emptore non auocatur, arg. l. fin. S. & si prefatam C. de iur. delib. & in l. 2. S. fin. ff. de leg. 2.* Hæc Bal.

Ex quibus verbis non obscure duo eliciuntur. Primo venditionem fuisse factam à Iudice, Secundo emptorem fuisse legitimum, & sic dum casui nostro minimè adaptetur Bal. & *Præs. d. theoremata dū agimus de venditione facta per partem, & emptione vitiosa, minus rectè fit illatio ex diuersis, vul. l. Papinian. exuli, ff. de minor.*

Quæ sanè ponderatio à me facta circa intelligentiam Bald. & *Præs. de Franch.* modò elucescit clarius attentis terminis restitutionis in in-
 23 tegrum, de cuius natura est, nedum vt in pristinum reponat illum, cui conceditur ad *tex. in l. quod si minor, S. restitutio. ff. de minor. Cald. in l. si curatorem habens in glos. per quod in pristinum per tex. ibi C. de restit. in integ. Sforz. Odd. quæst. 1. art. 4.* verum etiam, vt in eo statu, in quo prius erat ante latam sententiam l. 1. C. si aduers. libert. Bart. in l. Diuus num. 7. ff. de in integ. rest. Ofusc. dec. 9. in fin. Maran. in *Spec. aur. par. 6. tit. de appell. num. 17.*

Cum igitur Hospitale fuerit restitutum aduersus sententiam relaxationis territorij iam exequentam, si modò illi redderetur prærium, vtique non diceretur in integrum restitutum; imò esset vulnerata restitutio, contra *tex. in l. fin. C. in quib. cau. in integ. restit. non est necesse D. de Franch. dec. 590. n. 4.*

Id quod apertius suadetur ex ipsomet tenore cautionis præstitæ per

Prudentiam de restituendo omne, totum, & quicquid fuerit consecuta vigore ipsius sententiæ, quæ non continet nisi relaxationem territorij, quod iam fingitur extare virtute cautionis prædictæ ad tradita per *Dom. de Franch. dec. 75. & alibi passim. Ego ipse cap. anteced. n. 2.*

Hæc occurrunt in hac causa protutanda iustitia Sac. Hospitalis Incurabilium multorum annorū curriculo derelicta, pluribus consulto prætermittis, ne in ijs expatiemur, quæ ex ipsamet facti serie facilem recipiunt determinationem (quicquid in contrarium fuerit excogitatum) & satis (ni fallimur) responsum itaut nulla sit habenda ratio supplicationum de verbo faciendo, quæ exequentioni decreti Sac. Conf. nullum legitimum præstant impedimentum attentis Regijs Prag. in viridi existentibus, quæ omnia subiicimus Religioni, & doctrinæ Amplissimi Senatus, coram quo res agitur. Neap. die 13. Martij 1642. Laus Deo, Beatæq; Virginis Mariæ.

Pendet indecisa.

S V M M A R I V M.

- 1 *Præscriptio in annuis redditibus siue ex contractu, siue ex vltima voluntate debitis, computari debet ab initio cuiuslibet anni secundum opinionem Martini Glosatoris.*
- 2 *Anni quot sunt, tot sunt præscriptiones in debitis annuis.*
- 3 *Obligationes annuæ pro primo anno continent debitum purum, pro sequentibus conditionale.*
- 4 *Præscriptio unica sufficit in annuis præstationibus secundum opinionem Bulgar.*
- 5 *Lex Regia circa præscriptionem annuarum præstationum, qualiter sit intelligenda.* 6 *Præ-*

- 6 *Prescriptio in debitis conditionalibus, non incipit, nisi à die purificata conditionis.*
- 7 *Prescriptio extinctiva est privatio, quæ sine habitu non datur.*
- 8 *Stipulatio annuarum præstationum quia unica est, unicam præscriptionem requirit etiam quoad futuras.*
- 10 *Actio annuarum præstationum debitarum ex contractu, licet differatur de anno in annum tamen quia unica est obligatio, & stipulatio, unica sufficit præscriptio.*
- 11 *Annui redditus, siue præstationes debita ex contractu, sicuti unica stipulatione acquiruntur, ita unica præscriptione tolluntur.*
- 12 *Debitor potest condemnari nedum ad annuas præstationes præteritas, verum etiam ad futuras singulis annis.*
- 13 *Valasc. consult. 6. adducitur ad probandum in annuis præstationibus debitis ex contractu unicam sufficere præscriptionem, & nu. 14.*
- 15 *Parlador. quotidian. resol. lib. 1. §. 12. num. 7. vers. Decisioni autem adducitur ad probandum in annuis præstationibus debitis ex contractu, unicam sufficere præscriptionem.*
- 16 *Census consideratur materialiter, & formaliter.*
- 17 *Prescriptio annuarum præstationum consideratur in censu formali ut unica sufficiat præscriptio, secus in materiali.*
- 18 *Substantia ubi deficit, non inuenitur qualitas.*
- 19 *Decisio Sac. Conf. Neap. apud D. Præsid. Sac. Consil. Merlin. controuers. forens. cap. 49. centur. 1. adducitur ad probandum unicam præscriptionem sufficere in annuis præstationibus debitis ex contractu.*
- 20 *Prescriptio 30. annorum tollit omnia iura.*
- 21 *Prescriptio 30. annorum tollit omnia iura.*
- 22 *Satisfactio debiti præsumitur ex lapsu temporis.*
- 23 *Liberatus tempore à soluendo, similis est ei, qui satisfecit.*
- 24 *Solutio præsumitur ex bona fama debitoris, ante lapsu temporis.*
- 25 *Verisimile non est, creditor em per multum temporis spatium, exactionem sui crediti distulisse.*
- 26 *Onus probandi solutionem regulariter spectat ad debitorem.*
- 27 *Debitor ob lapsum temporis, præsumitur soluisse, si urgeant præsumptiones pro ipso.*

ARGUMENTVM.

Annue præstationes debite siue ex contractu, siue ex vltima voluntate, quanto tempore præscribantur, & an vnica sufficiat præscriptio, vel tot esse debeant præscriptiones, quot sunt anni, & qualiter accipienda sit propositio, quæ in materia expenditur pro primo anno debitum esse purum, pro sequentibus verò conditionale, quoque modo *Martini & Bulgari* dissidentes opiniones à *Citrà*, & *Ultra montes* Doctoribus amplexæ, & reiectæ, concilientur, ad quod casus determinati adducuntur: Solutio debiti ob longum temporis lapsum præsumitur, attenda tamen qualitate creditoris, & debitoris.

P R O

Venerab. Domo Diue
Annunciatae Neapol-
lis, & creditoribus qu.
Oratij de Ponte.

C V M

Aloysia Petina.

C A P. XXXIV.

SVB VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.



Ratētio Aloysiæ Petinæ
assertæ hæredis quon-
dam Andreæ Petini
mediante præambulo
expedito de año 1638.
fol. 101. petentis, sibi

satisfieri ab hæredibus quondam
Ioannis Francisci de Ponte, ex de-
positis perueniendis ex eius effecti-
bus de sorte capitali ducatorum o-
ctoaginta vnâ cum alijs 392. ob ter-
tias decursas, & non solutas ab an-
no 1589. fundatur in assignamen-
to factō Andreæ de anno 1596. præ-
dictorum ducatorum 80. inter cæte-
ras quantitates vti creditori illius
de Brancalione, cuius erat debitor
dictus Io. Franciscus de Ponte, vt ex
petitione *fol. 586.*

Itidem in decreto de anno 1562. die
27. Aprelis, quo fuit prouisum quod
ipsum Andream recognoscat in do-
minum, & patronum *fol. 588.* notifi-

cato domi die sequenti *eod. fol.*

Ac etiam in mandato factō censuarijs
dicti Io. Francisci die 20. Augusti
1562. ad instātiā eiusdem Andreæ,
quod faciant depositum notificato
domi die 3. Septembris eiusdem
anni *fol. 589.*

Produxit insuper, quod in contractu
venditionis Massariæ (ex qua depo-
sita perueniūt) inito de anno 1588.
die 18. Februarij inter Io. Vincen-
tium de Ponte filium, & hæredem
Ioan. Francisci venditorem, & Ora-
rium de Ponte emptorem, idemet
Ioa. Vincentius venditor delegauit
in beneficium dicti Andreæ solutio-
nem dicti capitalis duc. 80. cum eius
annuis ducatis octo *fol. 597*

Et tandem solutionem ducatorum sex-
decim factā per dictum Oratium no-
mine ipsius Ioan. Vincentij de anno
1500. sub die 30. Martij pro duabus
annatis maturatis in die 15. Augu-
sti 1589. per Bancum Olgiatti *fol.*
596.

Nec aliud adduxit in termino imper-
tito per Dom. meum causæ Com-
missarium dum agebatur de libera-
tione depositi, (toto percūctato pro-
cessu.)

Nos igitur qui præfatæ venerab. Do-
mus, & hæredum quondam Ioanņ
Zaccheæ iura tuemur, fundabimus
dictæ Aloysiæ Petinæ nullum Ius
competere, vti præscriptum per spa-
tium annorum 49. & ex tanti tem-
poris decursu præsumi satisfactum.

Et quatenus ad præscriptionem atti-
net, nō ignoro diffusissimè inter DD.
fuisse disceptatum, quæ nā in verior
fuerit opinio Martini nē *Glossatoris*
in l. cum notissimi §. in vs C. de præscr.
30. vel 40. annor. asserentis præscri-
ptionem in ann. redditibus siuè ex
contractu, siuè ex vltima voluntate
debitis, non ab initio obligationis,
sed ab exordio cuiuslibet anni, vel
ratione quia tot sunt obligationes
quot sunt anni, & pro primo anno
de-

debitum est purum, pro sequenti-
 bus conditionale, quā secūti fue-
 runt nedum *Iacob. de Aren. Petr. de-*
bellaper. Cyn. Accurs. in d. S. in ysibi-
que probat Fulgos. & Salic. Paul. de
Cast. in l. plures n. 6. C. de fid. instrum.
& leos, C. de usur. eamque com-
munem prædicat Addit. ad Capell.
Tholos. dec. 342. Boer. dec. 336. num. 1.
Gomez. variar. 2. tom. cap. 11. nu. 35.
Fulgos. conf. 564. per tot. & in puncto
iuris veriore esse opinionem fate-
tur Ias. in l. de pupillo S. si in pluribus
n. 4. ff. de nou. oper. nunc. & Boer. in cō-
suet. Bituricens. S. 3. col. 2. quam opi-
nionem tanquam æquiore, & ma-
gis communem fuisse receptam in
camera Imperiali tradit Mynsing. in
decisionibus Cameræ centur. 3. obser. 13.
Gayll. practicar. obser. lib. 2. obser. 73.
in princ. Thes. dec. 179. num. 4. Reg. de
Pont. conf. 48. num. 10. lib. 1. & illam
amplectitur quoq; damnatæ memo-
riæ Author in Consuet. Parisien. S. 7.
num. 14. quem cum alijs adducit Pe-
tr. Barbof. in tract. de præscript. in
comment. ar. ad l. 2. C. de præscript. 30.
vel 40. annor. nu. 123. & alij relati à
Guid. Pap. quæst. 406. ad fin. tradente
magis cōmunē inter Ultramontanos,
haberi, verū etiā nonnulli alij addu-
cti à Cenc. de cens. par. 3. art. 2. nu. 1.

Vel alterius *Glossatoris Bulgari*
 opinio ex diametro contraria,
 quod indistinctè vnica sufficiat præ-
 scriptio in omnibus præstationi-
 bus annuis, siuè debeantur ex vlti-
 ma voluntate, siuè ex contractu in-
 ter viuos, cui se subscripserunt *Azo.*
& Accurs. in d. S. in ys vbi Bart. &
idem Bart. in l. de pupillo S. in pluri-
bus nu. 2. & ibi Alex. n. 6. de nou. oper.
nunc Signor. conf. 31. Saison. in Con-
suetud. Turonens. rub. 18. nu. 2. Rebuff.
ad l. Gallicas tom. 7. in rubr. de famu-
lor. salar. glos. 11. ad fin. Nanarr. conf.
4. num. 17. sub tit. de præscr. & in Frā-
cia obseruari affirmat Boer. decis.
336. in fin. Balb. de præscr. 4. par. 4. par.
princ. quæst. 4. num. 2. Gomez. de qua-

litat. contract. num. 44. Parlador. rer.
quotidian. lib. 1. S. 12. num. 7. iniquens
 hanc secūdam opinionem insequu-
 tam à *Citramontanis*, confirmari ex
 multis iuribus, præsertim ex *cap.*
Olism de censib. cap. 4. de præscr. leos
C. de usur. & l. plures apochis de fid.
 5 *instrum. quicquid in contrarium su-*
stinuerunt Ultramontani (Martini
authoritati innixi) & secundum Ci-
tramontanorum opinionem vti ve-
 riorem, & communiorem legem,
 Regiam intelligendam esse, tradit
Parlador. loc. cit. quorum memor fuit
Petr. Barbof. loc. cit. num. 125. & seq.
& nu. 126. in fin. subdens articulum
 esse valdè controuersum, & difficilis
 resolutionis.

Tertia tandem emerfit sententia
 distinctionis fædere, ad conciliandū
Glossatorum dissidium, vt in ann. præ-
 stationibus debitis ex vltima volun-
 tate verior sit opinio *Martini*, quod
 requiratur tot præscriptiones, quot
 sunt anni, quia pro primo anno le-
 gatum est purum, pro sequentibus
 conditionale *l. si stichum, S. stipula-*
 6 *tio. ff. de verbor. obl. & in obligatiōni-*
bus, & debitis conditionalibus, non
incipit præscriptio nisi à die purifi-
catæ conditionis d. l. cum notissimi,
S. illud, C. de præscrip. 30. vel 40. ann.
vbi glos. Barbof. loc. cit. n. 123. vbi pō-
derat, tex. in d. l. si stichum, & cum
 hac opinione conuenire *DD. tam*
 citrà, quam vltà montes testatur
Crav. de antiquit. tempor. 4. par. n. 182.
vers. sed in alia, quæ fuit etiam opi-
nio Bart. in l. de pupillo, S. si de pluri-
bus. ff. de nou. oper. nunciat. eamq; se-
stantur innumeri penè, quos recen-
set Balb. de præscr. 4. par. princ. vers.
Quarò principaliter quero num. 3.
Roderiq. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 17.
num. 102. Valasc. consult. 49. num. 1.
Dom. meus Præs. Merlin. controuers.
forens. cap. 44. nu. 6.

Quæ quidem opinio, eo potissi-
 mo nititur fundamento, nam obli-
 gatio non dicitur extincta pro se-
 quen-

7
8
9
10
11
12

quentibus annis, quia quilibet annus suam requirit præscriptionem, & legata annorum sequentium antequam illi anni accedant, non debentur, quia eorum dies non cessit, vnde in eo, quod non est debitum, nisi sub conditione, non potest currere præscriptio ad *tex. in l. 1. S. fin. C. de annal. except.* tum quia præscriptio extinctiva est privatio, quæ sine habitu dari non potest *l. decem, ff. de verb. obl. cap. ad dissoluendum de despons. impub.* ita adamussim arguunt *Valas. d. consult. 49. num. 2. Cenc. loc. citat. num. 5. & 6. post glos. Bart. & cæteros in d. l. cum notissimi, S. in ijs.*

In præstationibus autem annuis debitis ex contractu inter viuos, quia vnica est obligatio, & stipulatio, *l. Senatus, S. fin. ff. de donat. can. mor. & d. l. si stichum, S. stipulatio,* verior sit opinio *Bulgar. vt vnica sufficiat præscriptio ad liberandum nõ solum de præteritis, sed etiam de futuris in perpetuum cap. de quarta de præscr. glos. in d. S. in ijs. in verb. cuiusq; vers. tu dic tertio, Spec. de loc. S. nunc aliqua num. 4. Bart. Ias. & alij in d. l. de pupillo, S. si pluribus, ff. de non. oper. nunc. vbi Alex. num. 6. dicit opinionem tutiorem, Panor. Falin. Abb. Signorol. Corn. & alij adducti per Cenc. d. cap. 1. num. 7. Valas. loco mox citato num. 4. in 2. assertionem, Dom. Merlin. eadem controu. 44. num. 10. & seqq.*

Ratio ea expenditur, quia in contractibus vnica est obligatio, & stipulatio pro omnibus præstationibus, licet actio differatur de anno in anno dicta *l. stichum, S. stipulatio,* & ideo vnica sufficit præscriptio pro omnibus annis, ita *Azo: Gugliel. de Cun. specul. Oldr. & alij adducti per Boer. d. dec. 336 num. 3. vbi seruari in Regn. Franciæ, vti communem opinionem tradit, & summa cum ratione itidem seruari apud Hispanos relato Boer. testatur Valas. d. consult. 49. num. 8. & ab ea in iudicando, &*

consulendo non esse recedendum, insinuant *Surd. conf. 302. num. 8. lib. 3. Decian. conf. 2. num. 39. & seq. lib. 1. & alij plures seriosè allegati per Dom. Merlin. d. controu. 44. num. 12. ex quibus consulto respondit apud Citeamontanos hodiè opinionem hanc esse communi consensu receptam. Petr. Barbof. in d. repet. l. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annorum num. 129. adducens Bart. in l. si seruus commisus Manij S. fin. num. 7. ff. de stipul. seruator. Bal. conf. 316. Aretin. conf. 12. n. 1. Rip. de peste tit. de privileg. contract. num. 64. & 65. Boss. de remissio merced. num. 25. Valas. de Emphyteus. quest. 27. num. 29. & Magon. dec. Lucens. 69. num. 15. concludens veram esse regulam, quæ in hac materia constituit differentiam inter annua legata, & annuas promissiones, cum eam expressè constituat Iureconsultus in d. l. Senatus, S. fin. ff. de donat. can. mor. & in l. si stichum, S. fin. ff. de verb. oblig.*

Quibus suffragatur ponderatio *Valas. num. 6. vers. Moueor. adstruentis ann. redditus siue præstationes iuncti vna præscriptione acquiruntur ad tex. in l. cum de in rem verso, ff. de usur. cap. peruenit de censib.* ita pariter liberationem ab eisdem ann. redditibus vna præscriptione longissimi temporis dari, non ijs multiplicatis, alias etenim erunt in præscriptibiles huiusmodi annuæ præstationes, maximè cum fauorabilior debeat esse præscriptio ad liberandum, quàm ad obligandum, *l. Arrianius, ff. de act. & obl.*

Rursus: argumentatur *Valas. ibid.* si propter exordium obligationis potest agi, vt debitor condemnetur non solum ad præteritas præstationes soluendas, sed singulis annis in futurum per *tex. in l. 1. C. de fideicom. & celebrem Assl. dec. 279. Osaf. dec. 130. D. de Franch. dec. 341. Surd. dec. 120. & 151. Mastr. dec. 14. (quos ipse non retulit) cur non etiam contra illud*

illud exordium obligationis operabitur cursus longissimi temporis præscriptionem, & exceptionem ne ulterius petant.

Et licet *Valasc. num. 6.* hæsitauerit de veritate huius secundæ opinionis in annuis præstationibus ex cōtractu, vt vnica sufficeret præscriptio, eò quod *tex. in d. S. in q̄s* loquatur generaliter, tam in debitis ex
13 vltima voluntate, quàm ex contractibus, aduertendum erit, ipsum et eod. num. 6. tenuisse ius istud fuisse nimis subtile, & scrupulosum, vt ad præscriptionem cuiuslibet mensis, & anni requirantur 30. anni, & idè credidit recipiendum esse id quod praxis obseruat (post posita dispositione dicti, *S. in q̄s*) nempe, quod sufficiat vnica præscriptio 30. annor. ad liberandum debitorem in perpetuum ab annuis præstationibus per *tex. in l. omnes, & l. sicut, C. de præscr. 30. vel 40. annor.*

Ità vt verum sit dicere *Valasc.* nostram confirmare sententiam, non impugnare, id quod animaduersum longiusculè fas esse duxi, vnus etenim ex Dominis meis, eo quod pollet ingenij acumine prima facie se recordari assererat, *Valascum* quem in magna existimatione (& sane iure optimo) habebat, contrariam opinionem sustinere.

Et quia fortalsè idemet *Dominus* memoriæ recolebat *Valasc.* asseruisse opinionem in praxi receptam violare *tex. in d. S. in q̄s*, in eo quod extenditur à DD. etiàm in annuis præstationibus debitis ex contractu, ex quo *tex.* Ultramontani contrariam sententiam sunt inlequuti, rogo eū
15 demet *Dominum* consulere dignetur *Parlad. lib. 1. S. 12. num. 7. vers. decisioni autem*, vbi occurrens *tex.* prædicto ait, id quod inquit *tex. ibi* (ab initio cuiusq; anni computandum esse) intelligi debet, postquam insolutione cessatum fuerit, alioqui foret, vt nulla perpetuò in annuis red-

ditibus temporalis contingeret præscriptio, cum interim *Iustinianus* ipse expressè diffiniat ibidem 30. annorum illis officere præscriptionem, & concludit legem illam tantum abesse, vt Ultramontanis opituletur, vt è contrario impensè contradicat illis, & proindè cum in contractibus vnica sit obligatio, rectè vnica sufficit præscriptio, prout post *Accurs. in d. S. in q̄s* obseruasse *Gomez. loc. citat. & Felician. testatur Dom. Merlin. loc. citat. in fin. vers. Ad tex. vbi Parlador. meminit.*

Id quod conuincitur ex distinctione tradita per DD. in hac materia, quod scilicet census dupliciter considerari potest, nempe formaliter, & materialiter, formalis census dicitur ius illud incorporale percipiendi annuos redditus, quod cō
16 numeratur iater immobilia, estq; in commercio venditionis, pro vt sunt cæteræ actiones, & *Iura tot. tit. C. de hered. & act. vend. Decian. d. conf. 2. num. 79.* census verò materialis est ipse annuus redditus, siuè quantitas ipsa pecuniæ, quæ annuatim soluitur, percipitur, & leuatur.

Modò: dum quæritur, an præscribi possint annuæ præstationes, intelligitur de Iure illo incorporali percipiendi eas, quod ius, census formalis dicitur, & sicut cætera Iura, præscribi potest, ex quo euenit, quod
17 si Ius est illud, quod præscriptione acquiritur, vel extinguitur, nulla erit differentia inter census præteritos, vel futuros, nam ad census futuros nulla remanet actio, dum Ius illud formale, quod vnicum est in quo ipse fundatur, & sustinetur extinguitur, & sic non est quærendum, an non dum orta actione possit præ
18 scriptio currere, quia vbi deficit substantia, non inuenitur qualitas *l. 4. S. fin. ff. de actio. empt.* & idè vnica sufficere præscriptionem non solum pro præteritis, sed etiam pro futuris censibus, tenuerunt *Panor. Ias.*

Ias. Specul. & alij plures ingeniosè de more adducti per Dom. Merlin. loc. cit. n. 15. & seqq.

Deniq; ne quod iam re iudicata transactum est, in litigium reuocemus, atq; ne argumentis illic agamus, vbi decisio extat; secūdum hanc sententiā apertissimè, vt nihil apertius **19** *Dom. Pres. Merlinus*, ipso referente decisum probat per *M. C. V. dum ibi omnium admiratione iudicandi munere fungebatur d. controu. 49. n. 25.*

Eoq; certius in nostra facti specie præualere debet hæc opinio, dum Prædium super quo constitutus est annuus census, reperitur pænes *Venerab. Domum vti teruam posseditricem cum titulo rapresentando Oratium de Ponte emptorem Massimæ*, pro vt in nota facti enonciauimus, quo casu decennalis præscriptio inter præsentis, & vicennalis inter **20** *absentes sufficit ad tex. in l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem, & ibi glos. pro vt (pluribus consulto omisit) tradiderunt Felician. de censib. lib. 3. cap. 4. nu. 12. Afflic. dec. 139. in princ. Balb. Cenc. Gaspar. Thes. & alij, quos longa serie refert, & sequitur Dom. Merlin. loc. citat. n. 26.*

Quò fit vt vndèquaq; appareat ex decursu tot annorum Ius omne fuisse præscriptum per *Venerab. Domum contra Andream Petinū, eiusq; hæredes, ita vt Sac. Hospitale tutum reddatur virtute præscriptionis prædictæ per quam omnia tolluntur impedimenta secundum naturam præscriptionis 30. annorum,* **21** *cuius materiam exarauit pleniori calamo, & magna eruditione Dom. & Præceptor meus Consiliarius Theod. alleg. 73. per tot. signanter ex nu. 34. & pleno calamo Barbos. loc. sæpius recensito.*

22 *Dico insuper ex silentio tanti temporis præsumi satisfactum creditum prædictum cum is, qui tempore liberatur similis sit ei, qui satisfecit,*

l. si pupillus, S. fin. cum glos. ff. de admin. tut. Salyc. in d. l. cum notissimi, S. quamobrem sub num. 4. & ibi antè eū glos. C. de prescr. 30. vel 40. ann. quibus concinit egregium Ciceronis dictum in Orat. pro Publico Quintio, cuius meminit Menoch. de presum. lib. 2. pres. 91. num. 7. & de verbo ad verbum retulit Pres. Amat. conf. 45. nu. 25. & optimè in puncto idemet Amat. conf. 96. per tot. & conf. 53. & vti benè obseruat Petr. Barbos. in d. l. 2. num. 26. in fin. præscribens dicitur soluisse, saltim in præiudicium eius contra quem præscribitur l. si pupillus in fin. & ibi Bart. num. 4. ff. de admin. tutor. quod in terminis aduertit Aretin. in l. Pomponius, S. cum quis nu. 7. & ibi Ias. num. 23. ff. de acquir. possess. Soccin. conf. 205. num. 4. vers. Vel secundo lib. 2. plene Vasq; questio. Illust. cap. 73. num. 11. vers. Denique, & seq.

Quibus accedit debitoris conditio, qui tūc, & semper soluendo fuit, **24** *eiufdemq; optima fama (pro vt optimè in factò est deductum atque probatum) qui verisimiliter tam diu debitum non derinisset, arg. l. non omnes, S. à Barbaris. ff. de re milit. Paris. conf. 83. num. 29. vol. 1. Surd. dec. 105. num. 1. vbi allegat Simon de Prat. & Bertazol.*

25 *Itidem præsumitur solutio ex lapsu temporis, in quo non est verisimile, quod tanto tempore distulisset exactionem sui crediti, ita Afflic. dec. 13. num. 9. Dec. & alij adducti per Surd. loc. cit. n. 4.*

Præterea, non est verosimile, Oratium de Ponte, qui hæredem instituit Sac. Hospitale A. G. P. voluisse reticere debitum prædictum, si re vera esset debitum, alioquin, immemor fuisset salutis æternæ, quod non est credendum ad tradita per *Bal. in conf. 25. col. 1. vol. 1. proximus etenim morti, in eo quod agit, non fraudem, sed animæ suæ salutē cogitare videtur ex allegatis per Me*

in 1. vol. disceptat. forens. cap. 40. ex num. 47.

Ex quibus omnibus, & vna quaq; ipsarum præsumptionum, & coniecturarum, satis superq; apparere existimo solutionem fuisse factam, nam licet regulariter onus probandi solutionem spectat ad debitorem l. 26 quinquaginta, ff. de prob. l. fin. C. eod. glos. in l. 2. verb. Repellere circa med. C. de iur. Emphyt. Cardin. Paris. conf. 90. num. 19. par. 1. Mascari. de probat. concl. 1324. num. 1. & seqq. & concl. 601. num. 4. & 603. num. 32. cum alijs relatis à D. Augustin. Barbof. in collectan. ad cap. Potuit de locat. n. 130. Menoch. conf. 327. num. 24. D. Franc. de Amaya ad l. 2. de discussio. nu. 11. lib. 10. tamen si urgeant pro debitore præsumptiones, sufficiunt, secundum glos. in l. si Chirographum, ff. de prob. quam sequuntur DD. relati per Surd. d. dec. 105. num. 19. Hippolit. Riminalin. iun. conf. 407. num. 12. Reg. Valenz. conf. 39. num. 41. inquit quod de iure attenditur qualitas creditoris, si est persona cauta, & debitor facilis in soluendo, quæ omnia in re præsentis sunt benè deducta, & probata, sicuti modò insinuauimus, secundum quam opinionem concurrentibus non nullis coniecturis pro Ferdinando Pecorario amico meo summæ probitatis viro fuisse dictum per S. C. & sic absolutum dictum Ferdinandum eius clientem testatur Pras. Amat. d. conf. 53. in fin.

Et pro coronide: animaduertendum duxi, astrictem non prius, ac in anno 1638. declarari se fecisse heredem: satagentem, quod à tertio possessore post tot annorum curricula, minime instrumentalis solutio poterat præsentari, id quod mouere asolet Sacrum Consilium ad absoluedum reos data debiti antiquitate, teste, D. de Franch. dec. 321. sub num. 7.

Sed Deus ipse, qui veritas est, eam revelabit Dominis iudicanti,

bus ex prædictis, quæ Nos in gratiâ Venerab. Domus Diuæ Annunciatæ, vertente quoq; interesse aliorum Clientum breui sanè stylo exarauimus, dum Religio, & Doctrina Dominorum meorum coram quibus res agitur, de more corriget, & supplebit. Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 16. Iunij 1639.

Controuersia hæc; dum sub Iudice adhuc esset, instructo, tamen processu, ita quod nil aliud esset faciendum, nisi Sac. Conf. determinatione appetere, Partes ipsæ potius amabili compositione, quam Iudiciali sententia finem liti imponere voluerunt, agnoscentes articuli dubietatem, & Clientes dimissis in eorum beneficium pluribus pecuniarum, quantitibus, pro modica summa in beneficium Actorum se obligauerunt, renouatis instrumentis.

Penes Cantone Sac. Conf. Actor.
Magistr.

S V M M A R I V M.

- 1 Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur ultra vires hereditarius.
- 2 Inuentarium ad nihilum prodest, non seruatis sollempnitatibus à iure requisitis.
- 3 Terminus non conceditur in causa, quæ consistit in mero iuris articulo.
- 4 Decretum Collat. Conf. quod expediat, causa Sancti Nicolai de Bario cum Francisco Grifone, absq; termino, recensetur.
- 5 Articulus iuris si quando facti mixturam habet, absq; termino decidi non potest.
- 6 Io. Anton. Auenatri V. I. D. laudatur.

- 7 *Tribunalia Neapolis citant partes ad dicendam, alia vero Regni Tribunalia ad audiendam sententiam.*
- 8 *Actiones in iudicium deductæ nullo modo cedi, donari, vel alio quouis titulo transferri possunt.*
- 9 *Litigij vitium in actione personali contrahitur post litis contestationem, quicquid in actione reali diuersimode sit dispositum de iure civili, & de iure canonico.*
- 10 *Dispositio quælibet de quavis re litigiosa, est nulla ipso iure.*
- 11 *Lex puniens contrahentes super aliqua re, sentit actum esse nullum.*
- 12 *Donatio nulla, nullum ius tribuit.*
- 13 *Empior sciens rem litigiosam pretium amittit, & rem restituit, & quid si ignorauerit, num. 15*
- 14 *Dolus probatur eò ipso quod fit alienatio rei litigiosa, alio non apparente.*
- 15 *Titulus de alienat. iud. mut. caus. fact. in quo differat à tit. Ne liceat potentior.*
- 16 *Potentiores recipientes cessionem rerum vel actionum in iudicio deductarum quibus panis coerceantur.*
- 17 *Arbitrium iudicis ad ultimum supplicium extenditur.*
- 18 *Actionem litigiosam cedens nedum punitur, verum etiam si is qui in patrocinium aduocatur, est potentior.*
- 19 *Potentior persona dicitur nedum ratione officij, quo metum, & terrorem quis incutere potest, verum etiam ratione potestatis, & iurisdictionis quam quis habet erga colligantes.*
- 20 *Potens persona quot modis dicitur, remissum.*
- 21 *Ecclesia dicitur persona potens, & durior aduersaria quoad litigantes, & num. 23.*
- 22 *Clerici, & persone Ecclesiastica dicuntur potentiores.*
- 24 *Litigij vitium cessat lata sententia.*
- 25 *Litigiosa de re contrahere non est prohibitum de iure diuino, naturali, aut gentium, sed tantum de iure positivo.*
- 26 *Exceptio modificatiua rectè opponitur post sententiam, imò in ipsius executione.*
- 27 *Exceptiones modificatiua post sententiam vigore Regiæ Pragmaticæ non possunt opponi elapso mense.*
- 28 *Inuentarij discussione pendente, hæres non potest molestari etiam super bonis hereditarijs.*
- 29 *Conclusio habet vim quasi sententiæ, & de veritate numeris seqq.*
- 30 *Esse talem, & haberi pro tali, differunt.*
- 31 *Lis semper dicitur pendere, donec definitiue fuerit pronunciatum.*
- 32 *Conclusio non bene dicitur quod habeat vim sententiæ, nam post conclusionem multa possunt adduci, quæ rem dubiam faciunt, & nouam excitant litem.*
- 33 *Decisio Afflict. 352. dubiam reddit eius opinionem in Constit. Regn. Eorum fraudibus.*
- 34 *Attentata etiam post conclusum in causa debent renouari.*
- 35 *Causidici plures aberrant, dum adstruunt conclusionem in causa, habere vim iudicati.*
- 36 *Conclusio in causa de iure communi idem importat, ac renunciatio probationum.*
- 37 *Conclusio de stylo non fit simpliciter in causa, sed cum clausula reservatiua in forma, quidnè eiusmodi clausula importet.*
- 38 *Terminus ad impugnandum, & ad concomitandum scripturas, conceditur post conclusionem in causa, presentatis scripturis.*
- 39 *Stylus faciendi actum conclusionis in forma cum termino ad concomitandum, & impugnandum, undè ortum habuit.*
- 40 *Determinatio facta per Sac. Cons. in causa Marchionis Baselicis quod post conclusionem in Regno, non habeatur pro sententiato, refertur.*
- 41 *Sententiæ Sac. Cons. non intimantur de stylo, sed tantum intimatur mandatum de parento.*
- 42 *Instantis ceptæ coram Iudice laico si suc-*

succedat persona Ecclesiastica, teneatur stare, & iuxta illius forum expetere determinationem.

43 Obligatio defuncti ex persona successoris, nullam mutationem recipit quoad forum.

44 Ius alicuius deterius fieri non debet mutatione personæ.

45 Subrogatum, sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.

46 Testibus in figura iudicij non receptis, credendum non est.

47 Depositiones eorum qui ad exonerationem conscientia deposunt, etiam in forma iudicij non receptæ, non parum Iudicis animum mouent, & inclinant.

48 Pactum de quota litis omni iure exprobatum est.

49 Pacisci de quota litis prohibitum est Aduocatis, Procuratoribus, Agentibus, Sollicitatoribus, & quibuslibet alijs.

50 Ecclesia prohibita est recipere cessiones litium contra laicos.

51 Casus legis ubi est, ibi nulla est dubitatio.

52 Fratres minores de obseruantia Sancti Francisci pro relictis in iudicio experiri prohibentur à Constitucionibus Summorum Pontificum.

53 Status Fratrum Minorum in arctissima paupertate est fundatus.

54 Incapacitas Fratrum Minorum ex quibus arguatur.

55 Sac. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. regular. & monial. quid disponat circa incapacitatem Fratrum Minorum de Obseruantia.

56 Nullatenus, idem importat, quod excludere omnem modum.

57 D. Augustinus Barbosa laudatur.

58 Vfus Breuarij, & Librorum conceditur fratribus minoribus de obseruantia.

59 Licitus modus non dicitur alienandi rem litigiosam.

60 Cessiones actionis, seu litis factæ Clericis per Laicos non valent, tanquam simulatæ conceptæ.

61 Religiosorum munus est lites inter se habentes componere, & ad concordiam potius reducere, quam illas prosequi.

ARGUMENTVM:

Causa si in mero iuris articulo consistit, expedienda erit absq; termino, secus vero si mixtura facti interueniat, nam tunc omnino terminus erit impartendus.

Litigiosa res, vel actio, nullo modo cedi, donari, vel alio quouis titulo in aliū trāsferri prohibetur, sub pæna amissionis crediti, vel rei, aliq; in iuribus contenta, vltra actus utilitatem ipso iure, distinctione adhibita scientiæ, vel ignorantia litigij.

Alienatio rei in potentiolem facta, nullitatis vitio laborat, quæne personæ dicatur potentiores, quibusuè respectibus, quodq; Ecclesia, Ecclesiasticæq; personæ potentiores dicatur, & duriores Aduersarij in lite, punctuales afferuntur doctrinæ, & in quo differat titulus *Ne liceat potentior a tit. De alienat. iud. mutan cau. fact.* non inscitè ostenditur.

Conclusio in causa licet de iure communi habeat vim sententiæ, nam ex ea vide-

tur renunciatum probationibus, attamen secus est in Regno, in quo conclusio non fit simpliciter, sed in forma, quæ forma intelligitur salua productione scripturarum pro quibus competit petenti, terminus ad eas concomitandum, ac parti aduersæ terminus ad impugnandum, qui eorum indigent compilatione (quicquid Pragmatici nonnulli super eiusmodi theoremate supinè aberrauerint) ad quod multa non inutiliter afferuntur.

Pactum de quota litis; omni iure etiam huius Regni municipalis est prohibitum Aduocatis, Procuratoribus, Agentibus, Solicitoribus, ac alijs quibusuis personis, præsertim Religiosis de Obseruantiæ Sancti Francisci, quibus ne quidem pro relictis datum est in iudicio experiri ad quod *Nicolai III. & Clem. V.* peculiare Constitutiones adducuntur, insimulque ponderatur *Sac. Concl. Friden.* dispositio, reiectis protinùs ijs quæ ex Aduerso adducta, ponderataq; extiterunt, aliaq; plura non inconcinnè in materia considerantur.

P R O

Hæredibus qu. Iuliæ
dell'Herede eorum
matris.

C V M

Venerab. Ecclesia Diuę
Marię Angelorum
Fratrum Minorum
de Obseruantia.

C A P. XXXV.

SVB VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.



Ostulata Iulia dell'Herede in Sac. Cōs. vti filia, & hæredes quon. Michaelis, ad solutionem nōpularum pecuniarum quantitatum, instante Iacobo de Dominico prætenso creditore ipsius Michaelis, opposuit Iulia exceptionem inventarij per ipsam cōfecti de bonis remansis in hæreditate dicti eius patris, ideoq; minime teneri ultra vires hæreditarias assererebat ex dispositione famigeratæ
i Constitutionis Imperialis in l. fin. C. de

C. de iur. deliber. replicauit tamen Iacobus sollempnitates à præfata Constitutione requisitas, minimè interuenisse in confectiōe ipsius inuentarij, quò circa nullitatis labe scaterè, nullumq; posse effectum
 2 producere, ex dispositis in ipsamet; l. fin. S. Et si præfata, Vnde Sac. Conf. animaduertens rem non in mero iuris articulo duntaxat consistere, vt apertis libris determinare valuisset
 3 ex doctrina Innocen. in cap. cum inter R. col. 2. vers. Sed dic extra, vbi Bald. de elect. quam practicatum in nostris Tribunalibus recenset Præs. de Franch. dec. 221. num. 12. & dec. 262. ad fin. Ann. sing. 470. vbi Additio eius filij, Reg. de Pont. conf. 97. num. 25. in 1. Reg. Ron. in prag. Post predictas n. 9. & seq. Addent. ad Præs. de Franch. in locis citatis, D. Reg. Capyc. Galeot. lib. 2. controuers. Illust. cap. 44. num. 17. D. Reg. Sanfel. dec. 17. n. 3. par. 1. vbi determinationes plures refert, præsertim in causa Reuerendi Capituli Sancti Nicolai de Bario, pro quo Ego allegauit in causa principali prælationis petitiæ, & extat mea 1. disceptatio hoc eod. lib. etenim in causa illa determinauit Collater. Consil. sub die 4. Iulij 1641. esse decidendum
 4 articulum absq; termino, & in gradu reclamationis confirmauit decretum sub die 2. Octobris eiusdem anni; sed opposita per Partem ad inuentarij nullitatem suadendam
 5 in facto consistere, eiusq; maximam adesse mixturam dedit terminum super capitibus concernentibus nullitatem ipsius inuentarij, practicando doctrinam eiusdem Innoc. in cap. cum venisset de testi. Capic. dec. 10. Reg. de Pont. conf. 62. num. 7. lib. 2. Ann. ibiq. Consiliar. Fab. d. sing. 470. Mut. dec. 99. num. 33. Gratian. discept. forens. cap. 536. num. 19. Capibl. in prag. 8. de Baron. num. 5. las. conf. 35. num. 1. lib. 1. & in l. 1. num. 19. ff. de transf. communiter DD. in l. cum proponas, C. de reb. cred. Reg. Galeot.

lib. 1. controuers. cap. 63. num. 49. cuius non meminisse Reg. Sanfel. d. dec. 17. ibiq. num. 1. plures allegat, quo termino compilato, instructoq; processu per actus incumbentes, dum expeditioni vacarent hæredes D. Iulix (elegit me causæ patronum V. I. D. Ioannes Antonius Auenatri non modicæ eruditionis vir, & legali scientia apprime meritis, & Supremorum Tribunalium praxis experientissimus (quodq; magis in ipso emicat) vita integer, moribus placidus, in calamitosos misericors, totus pietatis studijs insisit in pauperum causis defendendis, eorum præsertim, qui in Ædibus Sanctorum Apostolorum RR. Clericorum Regularium sub auspicijs Congregationis Diuio Iuoni dicatæ, vbi Præceptores mei nonnulli, multiq; Collegæ à Me semper honorandi maxima cum laude totisq; viribus super pauperes, & egenos intelligunt, auxilium exposcunt) vt innotuit præfactum Iacobum elargitum fuisse eius prætensum creditum, omnemq; cessisse actionem in iudicio deductam Venerab. Ecclesia Diuæ Mariæ Angelorum RR. PP. Reformatorum viuentium sub regula Seraphici Protectoris Mei D. FRANCISCI, pro ea acquirente, & stipulante R. P. Fr. Iusto de Neap. asserto Procuratore Ecclesiæ prædictæ, ad cuius instantiam expedita fuit
 7 citatio ad audiendam sententiam, siue (vti Tribunalia Neapolis obseruant) ad dicendum super expeditione causæ.

His in terminis lite existente, adscitus Ego in eius Patronum, pro parte Conuentorum opposui de nullitate cessionis, vt de re litigiosa factæ, & contrahentes incidisse in amissionem crediti, tanto fortius, quia pactum fuit initum de quotalitis, suffragante non modicum Religionis incapacitate.

Et quòad primum de nullitate; sua;

suadetur non obscure ex *tex. in l. 2. C. de litigios.* per quem disponitur actiones in iudicium deductas nullo modo cedi, donari, vel alio quouis titulo transferri, quem ad hoc allegat *Boer. dec. 33. num. 2. vers. Tum quia, Ang. in Auth. de litigios. in princ.*

9 ubi vitium litigij in actione personali contrahi post litis contestationem, tradit, quicquid in actione reali diuersimodè statuerit ius canonicum quàm ciuile, de illo namque iure per solam citationem contrahi est *tex. in clem. 1. ut lit. penden. de hoc vero & iure Authenticorū per solam libelli oblationem, vt in Auth. Litigiosa, C. de litigios. Guid. Pap. dec. 337. num. 6. vers. Sed qualiter vbi Addit. Ranchini, & dec. 479. nu. 1. Ioan. Petr. Ferrar. in sua practic. in form. libell. action. real. verb. veris, ac legitimis, n. 60. cuius sententiæ fuerunt antiquiores Bart. in l. 2. C. de litigios. Salic. in l. 1. n. C. comm. diuid. Imol. in cap. cum M. Ferrariensis de constit. in vltim. col. Rom. in l. quamquam, §. 1. n. exprobandis Bart. de cōtrarietate, tenet hanc opinionem esse veriore per *tex.* quem adducit in §. Ab hoc autem in Authen. de litigios. Cum. in d. l. 1. §. 1. col. 2. ff. de eod. las. conf. 43. lib. 1. in fin. vbi hanc approbandis opinionem, inquit temerarium esse ab ea recedere, Felyn. in cap. dilecti n. col. fin. de exceptio. concurrenit in eandem sententiam Episcop. Ricc. collect. 817. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 1. de litigios. num. 19. inquit statim ac actio ex parte Actoris est effecta litigiosa, non potest alteri cedi, aut aliquo titulo in alium transferri, adducens *tex. in l. fin. C. eod. tit. subdens num. 28.* vltra nullitatem actus pænis legalibus affici contentis in *d. l. fin.* quam declarat ex multis, & in *l. fin. ff. eod.* adhibita distinctione scientiæ, & ignorantæ, & *tex. in d. l. 2.* quæ incipit *Lite pendente*, esse celebrem ad hoc quod actiones in iudicium dedu-*

ctæ, nullo modo transferri in quouis alias personas possint etiam non potentiores, & coniunctas, obseruat satis ingeniosè more suo *D. Reg. Cappyc. Galeot. lib. 1. controuers. Illustr. cap. 2. num. 21. vers. Et in specie, vbi occurrit excogitatis per D. de Pont. conf. 6. n. 14. & 24.*

10 Nec solum nullam effici quamcumq; dispositionem ob vitium litigij formatum tenet *Reg. Galeot. loc. cit. num. 20.* verum etiam actum esse nullum ipso iure sustinet, cuius opinionis fuit ante ipsum *Cancer.* quem non allegat, *variatur. resol. lib. 2. c. 12. de reb. litigios. n. 14. vers. Quæro secundo,* inquit vltra dictam nullitatem puniri emptorem, & venditorem, & pænam aliquando applicari Fisco, aliquando emptori, seu acquirenti secundum distinctionem traditam in *d. l. fin. C. de litigios.* adducens quoque *tex. in cap. in Ecclesia vt lit. pendent.* memorans pariter consuetudinem Cathalonix, licet illa non loquatur nisi de nullitate alienationis & ex *Notratis Affl. in constit. eorū fraudibus nu. 13. in 5. q. in terminis d. Constitutionis,* quæ nullam facit mentionem vtrum alienatio rei litigiosæ sit ipso iure nulla, formans quæsitum respondet affirmatiuè per *tex. in Auth. si heres ibiq; glos. & in l. fin. C. eod. clem. sæpe de restit. Spoliat. Innoc. in cap. inter dilectos, verb. Litigiosa de donat. Bal. in l. Nefennius, C. de litigios.* eam adducens rationem *Affl. ibi,* quia punit venditorem, & emptorem scientem, & sic tacitè sentit nullam esse alienationem, eò etenim ipso quod res est in litigio, ex-
11 præse prohibetur alienari, *l. alienationes, ff. famil. hercisc. & l. item veniunt, §. petitam, ff. de petit. hered.*

Cum igitur in re nostra hæsitari non possit de actione effecta litigiosa ac propè determinationem, existente, processu iam instructo, eiusdemq; plenam notitiam habuisse Ecclesiam donatariam, rectè procedit

12 dit nostra exceptio quod vigore donationis, nullæ, nullum Ius competit Ecclesiæ ad *tex. in l. 4. S. condemnatum*, vbi DD. cõmuniter, *ff. de re iudic. l. non putauit, S. nõ queuis. ff. de bonor. possess.* & iure se tuentur aduersus Ecclesiam Clientes, dũ quo ad ipsam, liberæ ædes habent.

Secundum assumptum à nobis propositum de amissione crediti, nõ minori facilitate dignoscitur, nam vltra annullationem actus de re, vel actione in iudicium deducta, pænis coerceri contrahentes voluerunt iura *in d. l. 2. & fin. C. de litigios.* quæ
13 declarans *Affl. in d. constit. Eorum fraudibus n. 39.* inquit quod emptor sciens rem litigiosam, prærium amittit, & rem restituit non vt cedat lucro venditoris, sed fisci, & venditor qui præsumitur iuris præsumptione quod sciuit rem litigiosam, perdit prærium, & aliam tantam quantitatem pro multa soluet fisco, scil. si emptor ignorauit rem litigiosam, recuperabit prærium à venditore, & habebit tertiam partem prætij tangentis fiscum licet per *d. Constit. Eorum fraudibus* tertiam partem, cuius dicta reassumit *Vrsill. ad Afflict. dec. 331. in primo.* adeoq; detestantur eiusmodi cessiones, vt illud pecunia-
14 re habeant, quod eò ipso quod fit alienatio rei litigiosæ, dolus probeatur alio non apparente, vt post *Bart. in l. qui petitorio in fin. ff. de re iuen. Caphal. Burs. & Ramin. iunior. citati à Io. Baptista Botta conf. 89. num. 2. Lancell. de attentat. cap. 4. illat. 3. nu. 451. cum seq. & Surd. conf. 374. num. 3. lib. 3.* obseruat *Reg. Galeot. d. cap. 2. num. 21. vers. Et in quo Peguer. dec. 205. num. 14. vers. Et adeo*, vbi satis notabiliter tradit contractum de re litigiosa esse nullum, etiam si quis ignorauerit rem esse litigiosam.

Et proprius, neque iura, neque bona in iudicio deducta posse quem capere suadet *text. in l. 2. incip. cum*

allegas C. ne fisco. vel Republica procuracionem alicui patrocini causa in lite præstet ibi, Huiusmodi litium donationem admitti, temporum meorum disciplina non patitur, & item expressis verbis dispositum reperitur in *l. 1. C. ne liceat potentioribus patrocini-um litigantibus præstare, vel actiones in se transferre ibi, vt iactura causa afficerentur ij, qui sibi potentiorum patrocini-um aduocassent, vt hoc præposito metu, iudiciariæ lites potius suo Marte decurrerent, quàm potentiorum donorum opibus niterentur, quibus concinit alter *tex.* notatu dignus in *l. vnic. C. de ij. qui potentiorum nomine titulos prædijs affigunt, vel eorum nomina in lite protendant, ibi Amissione mulctetur, nec repetende actionis habeat facultatem, quibus iuribus appositè allatis per D. Reg. Galeot. d. cap. 2. n. 10. & seqq. signan-
15 ter nu. 14. in fin. tradit titulum de alienat. iudicij mutand. caus. fact. non habere locum, nisi dolo malo fiat alienatio, titulum vero ne liceat potentioribus qualitercunq; fiat, etiam sine dolo, & in illo nõ semper amittitur actio, sed distinguitur inter actore, & reum vt *d. l. pen. & fin. illo tit.* In hoc vero non valet cessio, & punitur cedens amissione actionis, & crediti per *tex. in d. l. 2. ibi si cuiuscumq; modi actiones ad potentiorum fuerint delata personas, debiti creditores iactura mulctentur: aperta enim credentium videtur esse voracitas, qui alias actionum suarum redimunt exactores C. d. tit. ne liceat potentior. quam penam parti non fisco applicari post *Glos. in d. l. 1. verb. mulctetur* quam Signat ibi inter alias *Salic.* aduertit
16 *Reg. Galeot. loc. cit.* subdens potentiores recipientes huiusmodi cessiones graui pæna etiam corporali esse puniendos arbitrio Iudicis, quod arbitrium ad vltimum supplicium extendi, tenet *Glos. in d. l. 1. C. ne liceat potentior* verb. *seuera* vbi *Cyn.* in vltimis verbis *D. Galeot. eod. loc. & n. 15. vers.****

vers. Cuius, affirmans, pœnas prædictas nedum locum sibi vindicare si
 18 actio cedatur, verum etiam si potentior solum in patrocinium aduocetur, idq; procedere tam in actore, quàm reo, ex doctrina Bart. in d. l. i. n. 5. vbi Ias. n. 1. ampliat. 1.

Quibus exaratus, patet modò aditus vt insinuemus Ecclesiam donatariam litis motæ per Iacobum donantem, omninò arcendum à Iudicio, & utrosq; in causæ ammissionè incidisse, quicquid dixerit aduersæ partis defensor, quod Ecclesia non dicitur potentior, nam persona po-
 19 tentior dicitur ratione officij quometum, & tenorem incurrere possit per rex. in d. l. 1. & 2 vbi Glos. Bart. alijq; notant, vel ratione potestatis, & iurisdictionis, quam quis habet in Colligatorem, quæ non possunt applicari Ecclesiæ donatiæ cum in comperto sit vnde quaq; deficere.

Nam in primis, possemus dicere personam potentiorē nom ità strictè accipiendam esse, vt intelligatur ratione officij, vel potestatis dumtaxat, sed largè dicitur potens
 20 qui habet multos consanguineos, vel multos amicos, vt in l. non est verisimile ff. quod met. caus. secundum Specul. in iii. de alien. iud. mutan. caus. facta circa fin. dicuntur esse potentes diuites vt in Auth. vt omnes obed. Iudic. §. si vero neq; circa medium illius tituli. Itidem potentes dicuntur qui prævalent opere, & sermone, cap. inter cetera de offic. ordinar. & in cap. cum ad monasterium de statu regular. vnde versus quos declarat Glos. in cap. sciscitatus verb. impotentia de rescript.

Posse quidem rebus dari, ins, natura, Potestas.

Officium, meritum, sextum, Diuina voluntas.

Cuius glos. meminit Aff. in cōst. Iurisgentium nu. 33. de defens. imponen. lib. 1. quo non adducto etiam ratione loci quem potentem dici, in termi-

nis de quibus agimus tenet Regens Galeot. d. cap. 2. nu. 13. ex mente Glos. in l. 1. verb. Potentiorē C. ne liceat potentior & Cyn. in l. 2. in 1. oppos. C. eod. An autem omnes præfata potentia, vel earū pars maior, sint in Ecclesiæ donataria, siue eius superioribus, satis innotescere Dominis meis Iudicantibus arbitror, nec alios testes appello, quàm superiores ipsos, & litis procuratores, sed ne per generalia (præter morem) progrediamur, punctuatim rem nostram determinat non languidæ fidei Doctor, Ioannes Petrus ferrarius in sua pract. iii. quo agitur de forma libelli actionis realis nu. 62. vbi differentiam constituens inter alienationem factam de re litigiosa in potentiorē ratione officij, & in alium duriorē Aduersarium ratione diuitiarum, vel alia simili causa, hæc protulit verba, Et aduerte quod laici dicuntur habere duriorē aduersariū quomodo cūq; alienatio facta sit in Ecclesiā, vt ex
 21 tra de alien. iud. mutan. caus. facta. vbi Additio allegat Oldrad. cōf. 30. Greg. XV. dec. 539. nu. 6. loquens de Collegio Beatæ Mariæ Conceptionis inquit, dici personam potētiorem
 22 & priuilegiatam, quia in eo sunt personæ Ecclesiasticæ, & Clerici, qui dicuntur potentiores, ex dictis per Ias. in l. fin. sub nu. 97. C. de iur. emphyt. Corbol. de caus. priuation. ob alienat. ampliat. 12. nu. 2. vnde pro absoluto rem pertransiens Gregor. d. dec. 529. nu. 7. inquit non posse negari, quin sit locus venerabilis, & pius, & sic potentior, & subdit num. 8. Et
 23 in summa relictum est factum Ecclesiæ, quæ utiq; dicitur potentior.

Indè emergit, planiorem sterni nobis viam, vt occurramus alijs Aduersæ partis motibus desumptis ab Aymone Crau. conf. 279. nu. 1. & 3.
 24 quod scil. lata sententia cessat. vitium litigij quia per eam extinguitur lis, adducens Bal. conf. 391. in fin. lib. 3. quodq; contrahere super re litigiosa

25 sa non sit prohibitum de iure diuino, naturali, aut gentium, sed tantum de iure Cæsareo, & merè positiuo, quo casu, quando contrahitur iuri merè positiuo contraueniens non incidit in pœnam si actus palam fiat, *l. fin. ff. de rit. nuptiar. cum alijs adductis per Crau. d. n. 3.*

Nam motiuum de sententiâ, claudicat in facto, etenim sententiâ licet fuerit prolata in beneficiû donâtis, modò petitur executioni demâdari contra hæredem, imò hæredis hæredes, & aduersus sententiam prædictâ in actione personali fuit opposita exceptio inuentarij quæ nõ impugnat sententiam, sed eam modificat, ideoq; ad impediendam executionem sententiæ, post sententiam rectè opponitur etiam in ipsa

26 executione, secundum theoreticam. *Bart. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & in l. exceptionem num. 11. C. de prob. Ang. in S. appellatur nam. 22. Instit. de except. Curt. sen. in l. edita num. 57. C. de eden. Maran. in specul. aur. in 6. par. 9. memb. num. 18. & punctuatim de inuentario, Bart. Bal. Ang. alijque passim in l. ex diuerso, S. fin. ff. sol. matr. Rol. cons. 28. num. 5. vol. 1. & in tract. de inuentar. par. 4. S. exceptio inuentarij num. 2. vbi de communi, Phaunc. in consimil. tract. par. 8. num. 3. Surd. qui alios congerit dec. 232. num. 1. & 2. & per tot. Dialect. de art. testat. tit. 11. cautel. 9. in fin. quem in terminis pragm. Regn. 77. sub tit. de offic. Sac. Cons. cap. 25. per quam præfigitur ter-*

27 minus vnus mensis opponendi exceptiones modificatiuas post sententiam, adducit Reg. Rou. super dict. Pragm. num. 14. verl. Et dum, cumq; facienda esset discussio inuentarij Actor proposuit plura nullitatum capita ad demonstrandum inuentarium esse nullum, super quibus capitibus Sac. Cons. rem habens dubiam, dedit terminum in causa & modo est compilatus processus, & pendet discussio facienda, qua di-

scussione pendente, hæres non potest molestari ex dictis per *Mastrill. dec. Sicil. 24. Reg. Galeot. controuers. Illust. cap. 82. num. 52. & 55.* vbi tradit, ne quidem pendente inuentarij

28 discussione, hæredem super bonis etiam hæreditarijs fore molestandum, vnde deficit quoq; motiuum in iure.

Nec vires habet vllas altera partis excogitatio, quod sententia habetur ac si esset prolata, stante quod in causa exceptionis discussionis inuentarij fuit iam conclusum, vnde aperta fronte contendit, & in Aula Sac. Cons. iactabundè adstruxit cessare virium litigij, & conclusionem vim habere quali sententiæ, adducens *Affl. in d. constit. Eorum fraudibus n. 23.*

At eiusmodi asseueratio ex pluribus suimet macerie destruitur, ait etenim conclusionem haberi quasi sententiam, igitur impropriè, nam

30 aliud est esse talem, & aliud haberi pro tali, *l. patris, & filij, ff. de vulg. & pup. l. mercis la 2. & ibi glos. ff. de verbor. sign. latè Falin. in rubr. de sid. instrum. col. 1. Bart. in l. 1. ff. de suis, & legit. quos adduxi Ego in 1. disceptat. cap. 33. num. 2.* nec potest quasi sententia executioni demandari, sed sententia, quæ claris verbis legi possit vnde *Affl. dec. 352. num. 4.* inquit donec definitiuè fuerit pronunciatum, litem semper pendere.

31 Insuper ad idem dicimus: vanam esse assertionem quod conclusio habeat vim sententiæ, nam post conclusionem multa possunt adduci, & allegari, quæ nouam excitant litem, & rem dubiam faciunt, sicuti in

32 in casu præsentis accidit, nam post sententiam fuit datus terminus super exceptione discussionis inuentarij, vnde *Vr. sell. ad Afflict. dec. 352. num. 3. in fin.* dubiam habet opinionem *Afflict.* ex aduerso allegatam, & dixerat etiam in *dec. 282.* subdens Sac. Cons. iudicasse contra *Afflict.*

P p dum

dum in *d. decis. 351.* iuit determinatum etiam post conclusum reuocari debere attentata, minus refragante oppositione facta, quod conclusio habet vim sententiæ.

- Rurius (vt intactum nihil relinquamus in materia,) dum typis nostros hosce labores edere destinamus, vidi etenim plures causidicos supinè admodum aberrasse circa eiusmodi propositionem quod conclusio habet vim iudicati) aduertimus eam locum sibi vindicare posse de iure communi quod scilicet
- 36 idem fit in causa concludere quod renuntiare probationibus, nam conclusio claudit os partibus, sicuti post alios declarat *Menoch. de arbitrar. Iudic. q. 13. in prin. & ex Nostris eruditus Muscatell. in prax. Sac. Conf. par. 7. glos. de iure vbi Ego plura tradidi pluresq; congesi Authores in meis Annotat. pag. 234. verb. Definit. cal. 1.* secus verò de iure Regni in quo de stylo conclusio non fit simpliciter in causa, sed cum clausula referuatiua *In forma quæ forma intelligitur salua productione scripturarum,* pro quibus concedi solet parti producenti terminus ad con-
- 38 comitandum, & per partem aduersam terminus ad illas impugnandum, sicuti adductis peculiaribus iuribus Regni, enucleat numquam satis laudatus *Muscatell. d. par. 6. glos. Scriptura, vbi n. 1. & 2.* tradit stylum prædictum suaderi ex decisio per
- 39 Sac. Conf. apud *Affl. dec. 272. in princ. & ortum habuisse ex dispositione Reg. prag. Cursu dilationum, sub tit. de ordin. iudicior. vbi Ego met pariter adnotauit pag. 238. verb. Hæc est, & ad confirmationem traditorum per Muscatell. plures congesi, præsertim Gizzar. dec. 42. num. 1. vbi Addent. Reg. Rou. in prag. 13. num. 6.*
- 40 *de ordin. iudicior.* ibiq; attuli determinationem editam per Sac. Conf. iunctis classibus *Me patrocinate* pro Marchione Baselicis, ibiq; Le-

ctorem remittimus, & in *Mea Consultatione* edita pro dicto Marchione distincta in plura capita propè diem (Deo annuente) in lucem edenda, ex quibus cessat modo in eiusmodi thesi omni scrupulus in quem Pragmaticos multos incidisse, pluries obseruauit.

Id quod (postremam vt manum imponam) palpabili, siue (vt aiunt) rusticali quodam argumento conuinci posse, suatum mihi semper habui, Demus etenim gratis, conclusionem habere vim sententiæ, quid inde expetit commodi eam proponens? Quis poterit copiam eiusmodi iudicati adducere? Vbi est tenor sententiæ, vt Parti notificetur, si in Tribunalibus inferioribus lis agitur? vel super quo expedietur mandatum de parendo sententiæ Sac. Conf. (Præcticis namq; satis constat sententias è Sac. Consil. emanatas non intimari de stylo, ob tanti Tribunalis excellentiam, sed tantum mandatum de parendo iuxta dispositionem *Auth. Que supplicatio, C. de precib. Imper. offeren.*) ad hoc vt victus possit sententiæ parere? Erit igitur hæc sententia in Lunæ Concauo, vel somnium est istud vigilantium. Ecquis amabò reuelauit, sententiã in asserentis fauorem esse proferendam? Nugæ quippè sunt, quas in simili facti specie nonnulli effixerunt.

Dispungendum modò est aliud Partis theoremata à nobis indicatum vers. *Indè emergit, hoc eod. resp.* quod contrahere super re litigiosa non sit prohibitum de iure diuino, naturali, aut gentium, sed tantum postriuo, & Cæsareo quo Ecclesia non ligatur, ad quod adducit *Crauet. d. conf. 279. num. 3.*

Sed eiusmodi opinamentum breui indiget responsione, qua de re vnica negatione, veluti vnico spongiæ tractu abolebimus, quod dum Ecclesia vri donataria locum obtinet

net donantis qui contra laicum iudicium intentauit in Sac. Conf. non potest effugere quin secundum ius Cæsareum quod commune Romanorum dicitur, res determinetur, nã
 42 instantiæ ceptæ coram Iudice laico succedens persona Ecclesiastica tenetur stare, & iuxta illius forum expetere determinationem, ad *tex. in l. heres absens in princip. ff. de iud. vbi Bart. Bal. Alber. Ang. Fulgos. Rom. cæteri; passim notant, Barbof. n. 1. Reg. de Pont. conf. 18. num. 9. vol. 1. vnde egregiè Confliar. Carleual. in celebr. tract. de iud. par. 1. disp. 2. quest. 5. tit. de foro hered. & successor. in princip. pag. 137. ad id aduertit, ex persona successoris nullam mutationem recipere obligationem defuncti quo ad forum, aut vllam aliam conditionem, per *tex. in l. 2. §. ex his, ff. de verbor. oblig. l. in exequutione 85. §. pro parte vbi notat Pau. de Castr. ff. eod. Surd. conf. 222. nu. 14. inquit obligationem non variari ex persona successoris, nec ius alicuius mutatione personæ fieri debere deterius,*
 44 qua etiam de causa vetitam esse alienationem rei litigiosæ, tradit *Reg. Galeot. d. cap. 2. nu. 23. & nu. 15. verè. Nec desunt, vbi benè fundat & num. 21. tradit personam Ecclesiasticam representare laicum, & sic subrogatū sapit naturam eius cui sub-*
 45 *rogatur, l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio. vnde dum non poterat conuenti ad instantiam Iacobi donantis in iudicio iam moto, & instantia inchoata determinationem sperare nisi secundum ius Cæsareum, minus poterit Ecclesia donataria, in donantis locum subrogata, alijs iuribus inniti, ex quibus foro præiudicaretur seculari.**

Quidquod : Partis defensor in hoc videtur sibi apertè contradicere, dixit etenim voce in Aula, & in informationibus Domi factis, quod pænæ à Iure Cæsareo excogitatæ contra cedentes, & cessionarios, siue

quouis modo, super re, vel actione litigiosa contrahentes, *tit. de alienat. iud. mutat. caus. & in tit. Ne liceat potentior. & alibi, non sunt applicandæ in thesi nostra, nam Ecclesia prosequitur iudicium in Sac. Conf. ibique stare intendit iuri, quod est præcipuum Ius Cæsareum, quomodo igitur asserere ei licet non esse iudicandum ad præsens secundum Ius Cæsareum? Herclè: Memoria labilis est; & quantum eius dictis sit annuendum, Dominorum esto iudicium, qui Aduocatorum vagantium placita, non passim admittunt.*

Tertium nostri propositi assumptum de nullitate donationis, consistit in pacto de quota litis, Reuerendus etenim procurator Ecclesiæ, ipsius nomine se obligauit de pecunia peruenienda ex lite prædicta, præcipuos duc. mille cedenti exoluere, reliquam verò quantitatem in duas partes fore distribuendam, & vnicuique ipsorum dimidiam elargiendam, liteque pendente donanti alimenta subministrare, sicuti fidem præstant plures ad fulminationem excommunicationis eiusmodi veritatem detegentes, *fol. 358. & seqq. & licet testibus in figura iudicij non receptis credendum non sit, ex traditis per DD. in l. testium, C. de testib. & in liuris iuradi, C. eod. cum traditis luculenter more suo per insignem Farin. in celeberrimo tract. de testib. q. 74. num. 1. & seq. At-*
 47 *tamen non parum Iudicis animum mouent, & inclinant depositiones eorum, qui nullo affectu, aut interesse aliquo, sed ex sincero conscientie affectu deponunt, sicuti casus noster indicat Abb. conf. 209 num. 31. Surd. conf. 129. num. 8. Giurb. dec. 95. num. 2. id quod à iure improbatum est ex *tex. in l. si quis, C. de postul. vbi*
 48 *glos. & scribent. passim, & in Constit. Regn. Aduocatos inserta in prag. 21. de offic. Sac. Conf. & in prag. 1. de postul. vbi Reg. Rou. notat num. 1. & 2.**

10. de Amic. conf. 148. Affl. in d. const. nu. 1. & 14. Vrsill. ad Afflct. dec. 523. num. 6. quæ pactiones nimis exolæ visæ sunt, ac exprobandæ, secundû Aretin. in d. l. si quis quem sequitur Anton. de Alex. ibi in 2. notab. eisque innixum Sac. Conf. nullas eiusmodi pactiones declarauit teste Dom. de Franch. dec. 265. num. 2. qui est final. & per tot. subdens editam postmodû fuisse d. prag. 1. de postul. per quam vetitum est Aduocatis, Procuratoribus, Agentibus, & Sollicitatoribus pacisci nedum de quota litis, verum etiam nec de aliqua parte litis, aut quantitate aliqua eius occasione, sicuti aduertit Reg. Rou. ibi num. 2. & 3. Menoch. de arbitrar. Iud. cas. 522. 49 num. 1. 2. & 3. inquiring eiusmodi pactum de quota litis prohibitum esse nedum cum Aduocatis, & Procuratoribus, verum etiam cum quibuslibet alijs, & antè ipsum docuit Sor. de instit. & iur. lib. 5. q. 8. art. 4. Aresmiz. Tepar. tit. de postul. lib. 1. fol. 96. vbi Dom. de Franch. meminit d. dec. 265. & ex Navarr. tenet Episcop. Mizorens. practicab. conclus. verb. Aduocatus, Farin. latissime in prax. crim. q. 106. num. 1. cum seqq.

Quæ omnia de per se, ac magis simul iuncta conuincunt nullitatem donationis factæ per Iacobum de actione litigiosa, ipsumq; ultra crediti amissionem, alijs panis fore coercendum, de quibus in iuribus à Nobis citatis, ibiq; traditis per DD. hoc eod. respons. vers. Secundum assumptum; satis superq; liquet, at in 50 Ecclesia, Ecclesiasticisq; personis, eo fortius, nam lex huiusmodi cessiones eis interdicit accipere contra laicos ex dictis per Host. in summ. sub rubr. de cession. action. vers. Numquid ergo, quem cum alijs multis adducit Nat. conf. 474. num. 39. & 40. vbi in fin. vers. Has autem, inquit, auctoritates ipsum adduxisse ex abundantia, quia de hoc est tex. in cap. 2. de alien. iud. mutan. cas. fact. & vbi est

casus legis, ibi nulla est dubitatio Laxilla, C. de fart. pluraq; alia satis 51 notabilia tradit Bellef. disquisit. clerical. S. 21. num. 29. & seq.

Receptui tandem anamus: quo iure Seraphici, eximæque sanctitatis viri filij, ac eius virtutum hæredes, quos Ega multum veneror, possunt aliarû litium esse prosequutores, 52 si ex eorum institutione ne quidem in rebus siue pecunia illis specialiter relictis etiam à mortentibus in Iudicio experiri possunt? ex aperta Constitutione Nicol. Pape 3. in cap. exijt qui seminat S. Ceterum, per quâ extrajudicialiter tantum petere eiusmodi relictâ concedit per hæc verba, Possunt tamen fratres suas necessitates insinuare, ac etiam specificare, vel exponere persone prædictæ, ac etiâ rogare, quod saluant, possunt etiam eam personam exhortari, ac dicere, quod fideliter in re commissâ se habeas, & anime sua salutari in commissâ sibi sua executione provideat, ita tamen quod ab omni eiusdem pecunie administratione, seu dispensatione, & contra prædictam personam actiones seu persecutiones (ut prædictum est) fratres abstineant omnimodo, & strictior altera Clem. Pape V. produit postmodum celebris, & famigerata Constitutio in clem. Exiui de paradiso S. nostra ibi cumquæ dicti ordinis professiones, pro nulla re temporalis possunt in iudicio experiri, prædictis fratribus non licet, nec competit, quin potius considerata sui puritate status, debent sibi scire interdicta, quod huiusmodi executionibus, & dispositionibus se exponant cum hæc sepius absque litigio, & contrectatione, vel administratione pecunie nequeant expediri, quibus innixus Bart. in tractat. Minoricar. in 7. dist. cap. 3. nu. 40. & 41. hanc veram sustinet ac indubiam prædicat opinionem, vnde ex eodem Bart. loc. citat. quem Aduersarius pro se adducit, eius affertur inutilitas detegitur, nec aliud licere fratribus de obseruantia, quam de-

nun-

nunciare Iudici, vt ex officio suo cōpellat, quippe hoc nō faciunt quasi habentes aliquid iuris in tale legatum, sed admonendo Iudicem extraiudicialiter, vt illo ex officio suo cogat, post *Bart. Abb. Dium Bonaventur. Redian. Horat. Lucium Ang. Manuel. Sorb. & Cordub.* tenet expressim *P. Sanchez, in Præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 26. num. 65.* vbi in princ. aduertit *Cordub. in regul. Diui Francisc. cap. 6. q. 11. punct. 4.* aperitē tradidisse Fratribus Minoribus nullum ius competere in iudicio, vel extra (de Fratribus Minoribus loquitur.)

Et quis vnquam inficiari poterit Fratres Minores de obseruantia esse incapaces bonorum etiam in cōmuni? sicuti in *d. clem. exiui* verb. *Quia igitur in successione non obscurè admodum dignoscitur, tenet Abb. in cap. in presentia nu. 62. vers. Concludo, de probat. ibi, Bona ingrediētis religionem Minorum transire ad succedentes ab intestata, ipsi enim fratres non possunt capere bona, nisi prout habetur in d. clem. exiui de paradiso, ibique concordantes adducit Additio lit. B. verb. Fratres, & expressè *Bart. in d. tract. minoritar. lib. 1. cap. 1. num. 2.* expendens verba dictarum Constitutionum, in fin. *d. num. 1.* satis attentè inquit (Ecce statum eorum) in arctissima paupertate fundatum, qualis status inter seculares homines ab aliquam causam, nulla iure institutionis est inuentus, *D. de Franch. decis. 14. num. 7. Faber. in Codice eius nominis, in tit. de Episcop. et Cler. dist. 31.* loquens in puncto de Religione Sancti Francisci incapacis quoad omnia, *Francis. Stephan. decis. Curia Aques. dec. 80. num. 5.* ibi. Extat *Clementina exiui de Paradiso* de verbor. signif. que Franciscanos temporalium bonorum possessione, proximiorumque omni moda successione prohibet, alioquin repugnaret tum nomen mendicantium, cum etiam coniunctio,*

quæ fit de Minoribus sicuti disertè docet *Zabarell. in d. clem. exiui. §. Proinde quem refert Christin. decis. Belgic. 61. nu. 2. tom. 1.*

Mihique pluries non sine delectu relegendi *Clementinam* illam incip. *Exiui de Paradiso*, arrident satis ad comprobendam incapacitatem Fratrum Minorum verba illa, ibi *Cauere tamen in acceptioe oblatorum talium decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili præsumi possit similiter oculus contra ipsas; & iterum paulò inferius, Fratres autem præfati, nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possunt etiam in communi: declarando dicimus quod successioem huiusmodi, qua etiam ex tui nature indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia & immobilia se extendunt (considerata sui puritate voti) nullatenus sunt capaces.*

Quibus mirificè facit non minus celebris constitutio *Sacrosancti Oecumenici Concil. Trident. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 3.* vbi excipit ab acquisitione domus Fratrum Sancti Francisci Capuccinorum, & eorum qui Minorum de obseruantia vocantur, quam dispositionem, exornat in terminis *Quesada variar. qq. cap. 22. num. 25.* plenè *P. Sanchez loc. cit. cap. 25. num. 4.* expendens propria verba *d. clem. exiui §. cum enim* vers. *Quia igitur & num. 8.* ponderat incapacitatem esse ipso iure ex illis verbis in *d. §. cum enim*, ibi *Nallatenus sunt capaces, quæ verba eius efficaciaz sunt, vt omnem modum excludant, adducens glos. in clem. 2. verb. Nullo modo de erat. & qualiter.* *D. Augustin. Barbof. vir sanè admirabilis potius quàm imitabilis in sua Collectan. Doctorum in Concil. Trident. d. cap. 3. num. 2.*

Hinc satis conijcio, Aduersarium ideò insudasse ad suadendum quod incapacitas Fratrum Minorum de Obseruantia Sancti Francisci consistit in proprietate, siue dominio rei, non

non autem in usu, qui non reperitur prohibitus, ad quod adducit *tex.* quasi peculiarem in *d. cap. exijt*, S. Porro.

58 Sed adeò extraneus est sensus d. capituli ab eo ad quod Pars allegat, vt potius contrarium nitidis verbis insinuet, nam conceditur vsus Fratribus Minoribus Breuiarij, & Librorum, ibi, *Ex hoc patenter insinuas quod Fratres sui habitari essent vsus Breuiarij, & Librorum, qui sunt ad diuinum officium opportuni, & paulò antè expressissimè vsus pecuniæ vetuit, ibi Excepto quod de pecunia infra subiungitur.* Tanti est: truncato legis contextu pertinaciter contèdere, nec media cum primis, nec postrema cum medijs conferre.

Nec maiorem præfereff efficaciam alia Partis assertio, quod non est incapax relictæ Religio Sancti Francisci respectu rei relictæ, sed potius respectu modi, quando quid offertur, seu relinquitur sub modo illicito, adducens *tex. in d. cap. exijt*, S. *Ad hæc et 2.* sin autem modus fuerit illicitus, qualis in re nostra feceritur cum donatio sit facta in augmentum fabricæ Ecclesiæ Diuæ Mariæ Angelorum, contendit ipsa, omni iure sustineri.

Nam vt cum Consulto loquar, Aut Ego eiusmodi subtilitatem nõ intelligo, aut stulta est eiusmodi cõsideratio, Nos etenim haud inficiamur relictæ pecunia pro Fratrum necessitatibus expendenda, vel in ædificijs applicanda, sustineri, sicuti *tex. in d. S. Adhęc innuit, & pro modo licito tenet, hoc autem probandum à Parte erit, quod re in iudicium deducta, ac litigiosa existente actio-*
59 *ne consequendi creditum, sit quid licitum, licitusq; modus censeatur alienandi erga Fratres Minores, quando cæteris Laicis omni quipè iure reperitur inhibitum, Imò contrarium in promptu nobis vetius se se offert, dum expressè per d.*

cap. Exijt, & Clem. Exiui in locis à Nobis modo insinuatibus vers. *Receptui, statutum reperitur, ne valeant Fratres Minores vllò modo ad iudicium accedere pro re aliqua illis elargita, quæ sanè canonum dispositio conformem se præbuit Seraphici nostri Cælicolæ instituto, sicuti Clemens V. in d. cap. Exiui, S. Nos autem in hæc verba propalauit, Nos autem considerantes attentè, intendisse Sanctum Franciscum sua Regula professores quos fundauerat, in maxima paupertate, ab effectu temporalium rerum ipsorum ingredientium per dicta verba specialiter, & totaliter elongare, pauloq; post subdit, Vt verè cunctis pateant, esse tam salubris instituti paterni studiosi Zelatores seduli, & perfecti; Si igitur prohibiti sunt Fratres Minores in Iudicio experiri pro re ipsis elargita, quo sensu modus erit licitus vt alienas prosequatur lites, pacto quoq; inito de quota litis, tot repugnantibus iuribus in*
cap. 2. de alienat. iud. mut. caus. & c. 1. ibi *Contentiones, vel lites amare tit.*

60 *Ne Cleric. vel Monach.* vbi habetur eiusmodi cessiones, actionum seu lites factas Clericis per Laicos non valere tanquam simulate cõceptas *Bart. in l. 1. in fin. ff. de alien. iud. mut. cau. Cyn. in l. qui stipendia, C. de procurat. Rol. cons. 38. à nu. 27. ad fin. vol. 2.*

61 Imo cui non fit obuium Religiosorum munus esse lites inter se habentes componere, & ad concordiam reducere potius, quam illas prosequi? ad quod faciunt quæ notabiliter tradit *Bellef. disquis. clerical. S. 15. num. 92. & seqq.* multa alia missa facimus quæ Aduersæ partis theoremata in lubsistentiæ redarguunt, atq; euincunt. Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 9. Ianuarij 1646.

Ma/
D E C I S I O.

Die Martij 1646. Iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum fuit decisum eiusmodi: *Ex causis in Sac. Conf. discussis, procedatur ad ea que incumbunt in causa.* Votantibus Spectab. Domino Præsidente, Andrea Marchesio, ac Dominis Didaco Varela, Francisco Antonio Muscertua, Hyeronimo Garfia cause Commissario D. Benedicto Trelles, Marco Antonio Cioffi, Ioann. Baptista Filingerio, Ioan. Francisco Marciano, & Carolo Brancatio: interpositaq; reclamacione à decreto prædicto fuit confirmatum eisdem Dominis votantibus, ac etiam Consiliario Thoma de Aquino, qui in primi decreti interpositione, vti absens non interuenit. Vt facilè ex hoc Lector erudiaris, quàm suprema sit Sac. Confil. Neapolitani Authoritas in iudicando etiam ex ijs quæ extra processum sibi innotescunt, Nam licet vera per me scripta, iurique conformia diiudicari, attamen ex quo litem multis annis elongatam sibi persuasit ob inopiam Actoris iam senio confecti, & exteri, celsit ocyus rem determinandam, Ecclesia suffragante, adeò quod verè dici potest *Me* vti Aduocatum articulum viciisse, Clientes verò circa oppositam exceptionem succubuisse.

Penes Magnif. Secretarium Sac. Conf. & Actorum Magist. Ioseph de Scacciauento.

- 2 Antefatum vocatur pretium sanguinis.
- 3 Antefatum non debetur nisi pro rata dotis solutæ.
- 4 Dote nõ soluta, regulariter antefatum non debetur, & si fuerit soluta pro parte, debetur solum pro parte.
- 5 Aequalitas seruari debet in dote, & donatione propter nuptias.
- 6 Dos non attenditur quanta fuerit ad finem soluendi antefatum, sed quanta fuerit in pretio.
- 7 Dos confessata, aut promissa, non gaudet priuilegio dotis.
- 8 Dote vera attendita soluitur antefatum, non autem pro dote promissa.
- 9 Antefatum dicitur donatio, equiparaturque donationi propter nuptias.
- 10 Io. Dominicus Tassonus commentauit pragmaticam editam de anno 1617. de antefato.
- 11 Mens disponentium ex verbis promissalibus elicitur.
- 12 Pragmatica sub tit. de antefato fuit edita ad beneficium virorum potius quàm mulierum.
- 13 Inducta in fauorem, non debent retorqueri in odium.
- 14 Verba debent intelligi cum effectu, maxime in statutis.
- 15 Dictio, Per, denotat actum perfectum.
- 16 Mulier non lucratur iocalia, & vestes usque ad summam octauæ partis, dotis data secundum legem Hispania 1. lib. 5. Recopilat.
- 17 Dotis vera numeratio exigitur, nec confessio sufficit.
- 18 Substantia ubi deficit, ad cuius mensuram res demonstratur, deficit quoque res demonstrata.
- 19 Lucrum quod defertur correspondium ad dotem, intelligitur de vera, & effectiua dote non autem nominali.

S V M M A R I V M.

- 1 Antefatum debitum vidua, non debetur nisi in recompensationem dotis, non ob virginitatem amissam.

ARGVMENTVM.

Antefatum deberi viduæ ad ratam dotis solutæ, non autem

tem propter virginitatem
amissam, adeò quod si nulla
fuerit dos soluta, nullum de-
beat antefatum, etiam in
terminis *pragm. unica* editæ
de anno 1617. *sub tit. de do-
nation. propt. nupt. siue quar-
ta, vel antefato, & alijs do-
natiuis*, quæ sanè pragmati-
ca in beneficium virorum;
non autem mulierum fuit
introduc-ta, Nec dotis no-
mine in casu præsentis con-
fessatam dotem, aut promif-
sam venire, sed eam dumta-
xat, quæ verè soluta fuerit,
pluribus commonstratur.

P R O

Admod. Reu. D. Ioann.
Laurentio de Mar-
tino.

C V M

Candida Silueria.

C A P. X X X V I.

SVB VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.

Vx excitantur dif-
ficultates coram
Dom. meo Consi-
liarios Arias de
Mesa vti Consul-
tore officij Reue-
rèdissimi Cappel-

lani Maioris in causa Admodum
Reu. Io: Laurentij de Martino hæ-
redis qu. Io. Caroli de Martino eius
Fratrìs vtrinq; coniuncti, cum Can-
dida Silueria relicta dicti qu. Ioann.
Caroli;

Prima est, num antefatum consti-
tutum per dictum Io. Carolum eidè
Silueriæ viduæ existenti, dum ipsum
duxit in virum pro dotibus pro-
missis due. quatuor mille in tot ca-
pitalibus cum Arrendamentis Re-
giæ Curia, debeat in pecunia nu-
merata, habito respectu ad quanti-
tatem corporum assignatorum, vel
habito respectu ad quantitatē, oua
verè æstimantur corpora prædicta,
attento tempore constitutionis do-
tium.

Secunda est, num dato interesse
antefati ad beneficium vxoris à die
moræ, siuè petitionis, possit denega-
ri interesse etiam ad beneficium he-
redum viri propter bona penès vxo-
rem remansa, appretiata in ducat.
275. ?

Quatenus ad primam attinet,
clarum esse arbitror, antefatum hoc
in casu non posse dici deberi ob
virginitatem amissam, quia iam erat
vidua, vndè antefatum deberi non
potest, nisi in recumpensationem
dotis ex ijs quæ à partium enume-
ratione docet Gomez. in *ll. Taur. sub*
l. 53. num. 10. in fin. Aluar. Valasc. con-
sult.

² *subl. 2. Mastrill. dec. 112. vbi antefatū vocat prærium sanguinis, vnde DD. expendunt 100. in Auth. Et qua nihil C. de pact. conuen. quod antefatum non debetur, nisi pro dote soluta,*
³ *quod videtur fuisse de mente Affl. in dec. 333. vbi Addent.*

Hinc *D. Tafson. olim Magnæ Curie Vicariæ in ciuilibus emeritissimus Iudex in prag. 4. vers. 4. obser. 4. fol. mihi 307. de antefat. videtur decidere quæstionem nostram ex nu. 47. vers. Similiter vbi quærens an debeatur antefatum dote non soluta,*
⁴ *respondet regulariter dote non soluta antefatum non deberi, & si fuit soluta pro parte; pro parte deberi, per tex. in S. fin. Authen. de non eligen. secun. nuben. mulier. & in cap. Regn. Mulier. dotarium vbi Additio adducens Affl. in dec. 252. qui n. 4 adducit quoq; tex. in Lex cōuentione in fin. C. de pact. fidē faciēs, ita vidisse de facto pronunciarī in consiliū sapientum ibiq; Pisanell. in addit. allegat tex. concordantem in Auth. Et qua nihil, C. de pact. conuen. & l. quod si maritus, ff. de constit. pecun. Guid. Pap. dec. 274. & 430. Surd. de alim. tit. 1. quest. 47. num. 56. & 9. 57. n. 35. rit. 7. Episcop. Ricc. in Addit. ad d. dec. Affl. 242. inquit iniuste vxorem agere, si peteret integram donationem, siue antefatum dum pro parte dotem soluit, Gram. dec. 97. Ioann. Anton. de Nigr. in cap. Mulier dotarium nu. 86. cum seq.*

Cum igitur lex strictè procedit innitentibus etiam Doctorum Placitis quod antefatum debeatur pro dote verè soluta, & si pro parte dos fuerit soluta, debeatur etiam pro parte, ex præcitatatis, non potest prætendi quod si dos valet 1000. licet in numero sit quatuor mille, soluat antefatum habito respectu ad 4000. non autem ad 1000. nam si verum est Imperatorem in d. S. Aliud
⁵ *quoq; in Authen. de non eligen. secun. do nuben. voluisse æqualitatem ser-*

uari in dote, & donatione propter nuptias, ibi, *Æqualitatis enim, & iustitiæ sumus amatores quam in omnibus alijs, & in consortijs volumus obtinere: utiq; esset iniustitia ex parte vxoris, vt dum dotem non dedit, vel non tantam, cogatur soluere antefatum in summa lōgè maiori, id quod abhorruit idemet Imperat. in d. S. Aliud quoq; ibi (Non est iustum, omnino mulierem dotem non dantem marito, antenuptialem accipere donationē, sin autem non totam dedit dotem, & ipsa pro tanto exigat donationem, in quantum dederit dotem, qua in re adnotanda satis existimo verba illa (pro tanto exigat, in quantum dederit) quæ decidunt casum nostrū, nam dos si dicatur data pro sexmille, non autem duobus mille sit in prætio, utiq; non potest dici data pro sex, sed pro duobus, licet pro sex fuerit assignata, quam difficultatem præsentiens Imperator, senixis, præcisi suè verbis dixit, (pro tanto exigat, in quantum dederit) oculos habens ad veri valoris quantitatem & facit decis. Affl. 333. vbi refert decisū quod antefatū debeatur vxori dote nō soluta in eo tamen casu, in quo maritus dedit dilationē ad soluendū dotem, quasi quod culpa sibi sit adscribenda, non autem vxori, quam sententiam comprobatur Bertran. conf. 303. num. 5. post Aug. in S. fuerit post med. vers. Et aduertat quod mulier que non soluit dotem. Instit. de action. nonnulla per Bart. in l. iubemus la 2. S. sanè vers. Queritur quid si dos est promissa, C. de sacros. Eccles. Guid. Pap. dec. 274. Socc. conf. 32. vol. 3. Silu. Nuptial. tit. Diuiti non est nubendum num. 75. vers. Quinimo loquens in terminis statuti dicentis quod mulier debeat lucrari antefatum, siue augmentum dotis, vbi adducit Affl. dec. 242. & dec. 333. Georg. alleg. 45. num. 20. Valas. consult. 3. nu. 5. P. Molfes. ad consuet. Neap. par. 7. q. 6. num. 7. & 12. Pres. Amat. conf. 92. sub*

num. 2. D. Thor. compend. deciss. Regn. par. 1. verb. Antefatum, S. Antefatum, an debeatur mulieri pag. 40. col. 1.

Quibus verbis innixus D. Iudex Tasson. loc. cit. num. 50. vers. Ex hoc tex. inquit, veram solutionem dotis requiri ad antefatum lucrandum, non autem solam promissionem, aut confessionem, quia dos confessata nō gaudet privilegio dotis, ad quod adducit Gaill. practic. observat lib. 2. observ. 81. quando igitur dos assignata, non est in valore, & æstimatione pro quantitate assignata, sed tantum pro longè minori, certò certius est in eo quod non capit prærium, esse dotem promissam, vel confessatam, quibus casibus non debetur antefatum.

Secundam elicit conclusionem, D. Tasson. ibid. num. 51. vers. Et secunda ex verbis tex. in d. S. Aliud quoque quod pro vera dote soluitur antefatum, non pro promissa, subdēs quod cum antefatum sit donatio, non est æquum, nec bona fides patitur, ut mulier cum aliena iactura locupletetur exigendo pro antefato ultra ratam solutam, conformem se reddēs placito D. Episc. Ricc. loc. mox adducto, vers. Hinc, Nec est apud Nos dubitatum, antefatum æquiparari donationi propter nuptias, ex traditis per Dom. de Franch. dec. 101. n. 3. Consil. Georg. alleg. 45. & Regen. Ron. in prag. 1. de titul. abus. nu. 153. quorum meminit Dom. Tasson. loc. cit. nu. 52.

Nec insulsè fortassis pondero Ego mentem, & verba d. prag. novissimè editæ de anno 1617, quam cōmētavit D. Tasson. quæ hodie est situata in volumine pragmaticar. sub tit. de donatione b. propt. nuptias, siue quarta, vel antefato, & alijs donationibus.

Dixi mētē, quæ ex verbis proemia lib. elicitur ad tex. in l. Tertio 134. S. 1 ff. de verb. obl. l. & quia, S. fin. ff. de pact. Io. Garf. de nobil. in divis. nu. ultim. Bart. & alij in l. fin. ff. de hered. iustit.

Salon. de Paz. conf. 32. n. 6. Menoch. de presum. lib. 6. pres. 2. Ofusc. dec. 23. num. 31. Reg. Valenz. conf. 120. n. 15. nec dubitatur illam fuisse conditam ad beneficium virorum, ibi, Che fosse seruiti di concedere il regio assenso alla riforma, de donatini, & antefati,) ergo non debet intelligi ut antefatum solvatur pro dote non verè existente, sed tantum vera, & effectiva, alioquin inducta in fauorem, retorquerentur in odium, contra, tex. in l. quod favore, C. de legib. cum concordan.

Pondero itidem verba expressa, prag. ibi. Che alle doti di doc. 4. mil. à basso l'antefato sia per terzo. igitur dū loquitur de dotibus, verba, maxime in statuto debent intelligi cum effectu, ac in potiori, & veriori significato, l. 1. S. hac verba, vbi Dec. num. 1. ff. quod quisq; iur. Menoch. conf. 63. num. 3. ac idè de veris dotibus pro vero valore existimatis, non autem de oblatiis, siue promissis, ac idè ponderandum est verbum illud (per terzo) quæ dictio per, denotat actum perfectum, ad tex. in l. urbana, S. pernoscere. ff. de verb. sign. sign. perfectio erit, ut verè dos quanti fuit tradita, æstimetur, non quanti fuit assignata.

Maxq; huic sententiæ nō parum arridet Auendan. de exequen. mand. par. 1. cap. 15. nu. 2. in 2. conclus. dū tradit mulierem non luerari iocallia & vestes vsq; ad summam octauæ partis dotis datæ, secundum ll. Hispan. quæ est l. 1. lib. 5. Recopil. si dos fuerit promissa, nisi probetur quoq; esse realiter data, nam vera dotis numeratio exigitur, nec sufficit confessio ex notatis per glos. in l. assiduis C. qui potior. in pignor. hab. & clarius in 3. conclus. ibi, Quia cum eius dispositio prohibitiua loquatur habito respectu ad certam quantitatem dotis, si non reperitur respectus aut mensura dotis, ad quam fiat relatio, esset impossibilis mensura, quia non posset ad se

se certitudo quantitatis, vt in l. asse toto ff. de hered. instit. & melior tex. in l. si quis fundum, ff. de contrahen. empt. nam vbi deficit substantia ad cuius mensuram res demonstratur, deficit quoq; res demonstrata vt in l. in testamento, ff. de condit. & demon. & notat Bart. in l. demonstratio col. 3. ff. eod. tit. Hæc Auendan. ex cuius verbis apparet lucrum ioualium respectu octauæ partis intelligi relatiuè ac demonstratiuè ad dotem verè numeratam siue solutam, cuiusmodi sunt verba prag. nostræ sub tit. de donation. propter nupt. & adducto Auendan. satis apertè insinuat Martienz. in lib. 5. Recopil. tit. 2. glos. 6. num. 3. in 2. limit. vers. Consequitur ergo, qui omnes vnanimi sanè spiritu tenuerunt in casu lucri respectiui ad dotem, id admittere in casu veræ dotis solutæ, non promissæ, nec minoris valoris.

Secunda verò difficultas, non indiget probatione, nam dum Candidæ vxori datur interesse antefati, æquum quoq; erit, vt ipsa soluat interesse bonorum penès ipsam detentorum præuio apprætio ex regula correlatiuorum, vt quod in vno statuitur in alio procedat *l. si quis seruo, C. de furt. cap. quamquam cap. quamuis, cap. quam sit de elect. l. si. C. de indic. vid. tollen. Roman. cõs. 221. num. 4. Reg. Valenz. cõs. 94. num. 43. par. 1. Fontanell. dec. 363. nu. 5. par. 2. Laus Deo, Beatæq; Virginis Mariæ Neap. die 29. Maij 1645.*

D E C I S I O.

Predicta licet exarauerim coram Regio Consiliario D. Ferdinando Arias de Mesa Docto Hispano, primariæ vespertinæ Cathedræ Almi studij Neapolitani (Non sine nomine) Antecessore, contrariū tamen ipse decreuit, deberi scil. antefatum pro integra summa dotium promif-

farum, idq; soluendum esse in pecunia numerata præstita cautione per Candidam Silueriam de restituendo in casu mortis.

Obstupui equidem: dnm talem audiui determinationem, visa etenim mihi fuit dura, & dira: appellauit Cliens (*Me consulente*) commissaq; causa Dom. Consiliario Scipioni Theodoro Præceptoris meo vnus Aulæ S. Consil. Præfecto nuper die 9. Aprelis 1648. vita functo, dum erat finis imponendus liti per tantum virum informatum de iuribus Candidæ: Partes venerunt ad concordiam, meq; eorum Arbitrum, & Arbitratorem elegerunt: Anni libenter, statimq; in scriptis laudum promulgauit quod solueretur antefatum ad rationem dec. septem procentario, habita proportione ad dotem veri valoris; Nec non ad ratam interesse passi per D. Io. Laurentium Candidam condemnauit, à cæteris hincindè prætensis ambas partes, absoluendo: quod sanè laudum fuit vnanimi consensu acceptatum per ambas partes, itaq; exequutum mediante publico instrumento.

Penès Ioseph Lanza Actorum Mag. Officij Reuerendissimi Cappellani Maioris.

S V M M A R I V M.

- 1 Presentans in Iudicio scripturam, facteri censetur omnia in eo contenta.
- 2 In Iudicijs quasi contrahitur.
- 3 Pacta adiecta in contractu, sunt pars ipsius, & censentur inesse.
- 4 Contractus non potest à suis pactis diuidi, & pro parte acceptari, pro parte non.
- 5 Indiuiduum volūtatis consideratur in pactis.

Q q 3 6 Au.

- 6 *Auia pigfertur omnibus in Baliatu.*
- 7 *Contractus non operatur ultra intentionem agentis.*
- 8 *A primordio tituli, posterior formatur euentus.*
- 9 *Affectans Baliatum, siue tutelā, ex hoc tantum venit priuandus.*
- 10 *Remouetur quis ab administratione tutela tum ob dolum, tum per culpam.*
- 11 *Tutor allegatus suspectus, interim an remoueatur ab administratione tutela, vel sit sibi dandus adiunctus.*
- 12 *Arbitrio Iudicis remittitur quando tutor persona coniuncta sit remouendus ab administratione tutela, vel alius sit dandus adiunctus.*
- 13 *Mater non reperitur privilegiata quod ad renunciationem tutela.*
- 14 *Suspicio dissipationis bonorum pupilli, est sufficiens ad remouendum ab administratione tutela.*
- 15 *Sequestri fructuum fieri debet, quando suspicatur, quod victor dilapidet fructus.*
- 16 *Suspicio mali euentus, operatur idem, ac si casus accidisset.*
- 17 *Officialis inquisitus de gestis in officio, an interim debeat a iurisdictione suspendi.*
- 18 *Officialis equiparatur tutori.*
- 19 *Tutor statim atque suspectus est postulatus, interdicitur illi administratio & nu. 25.*
- 20 *Vir abutens substantia sua, restituit dotem constante matrimonio, per viam affectionis.*
- 21 *Curator abutens officio suo, omnis ab eo aufertur administratio.*
- 22 *Baro male tractans vassallos, priuatur eorum Iurisdictione.*
- 23 *Principis munus est, grauaminibus subditorum reparare.*
- 24 *Abutens auctoritate sibi concessa a lege, indignum ea, se facit.*
- 26 *Tutor esse non potest, creditor pupilli, & de ratione.*
- 27 *Iudex patris vicem sustinet in delatione tutela.*
- 28 *Pupillus educari non debet, penes eum, qui patrimonio infidiatur, vel bonis moribus.*
- 29 *Hofis dicitur boni nominis, & boni moris, qui papillum non erudit.*
- 30 *Educacionis materia est arbitraria & num. 32. 33. 34.*
- 31 *Iudex debet esse seuerus circa educationem pupillorum.*
- 35 *Tutoris est, bonorum, & personarum pupilli curam habere.*
- 36 *Iudicia supremorum Tribunalium sunt amplectenda in casibus similibus.*
- 37 *Officialis sindicandus, debet interim suspendi, ne distrahat testes.*
- 38 *Actio pro pupillis competit cuilibet de populo.*
- 39 *Contumaci denegatur audientia.*
- 40 *Contumacia equiparatur dolo, & transit in delictum.*
- 41 *Iura clamant aduersus contumaces.*
- 42 *Pena contra contumaces, qua sunt.*
- 43 *Priuatio praesupponit habitum.*
- 44 *Princeps praesumitur ex iustis causis quid statuere.*
- 45 *Sacrilegij instar est, de Principis potestate disputare.*
- 46 *Pupillus non habet voluntatem.*
- 47 *Denegatio audientiae contumaci, temporalis est, non perpetua.*
- 48 *Ecclesiastica persona nec volens potest coram Iudice Laico comparere.*
- 49 *Clericus non comparens coram Iudice Laico, non reputatur contumax.*
- 50 *Princeps non censetur aliquem velle suo iure priuare.*
- 51 *Regis nomen iusto tantum congruit.*
- 52 *Pietatis munus est, pupillos tueri.*
- 53 *Veritas omnium fortissima, & semper victrix.*
- 54 *Vassallos habere locupletes, Regis interest.*

ARGUMENTVM:

Tutores, & Balij quibus ex causis à tutela, & Baliatu sint remouendi, & an statim ac su-

suspecti allegantur, debet eis interdici administratio, vel personæ coniunctæ sint adiungendæ, quæuè causæ sint ex quibus Tutela, & Balia tus ab initio denegari debeat, quæuè post delatione eorum faciant Tutores, & Balia suscipere, & ab administratione remouere:

Educationis materia ad eò arbitraria est, ut iudex possit etiam à Patris ordinatione recedere, quæuè partes ipsius iudicis esse debeant in personis eligendis penes quas pupilli valeant educari.

Contumacia an sit delictum, quæuè pænæ contra contumaces sint indictæ, siue de iure communi, siue de iure Regni, & an Clericus coram iudice laico non comparens, contumaciæ pennis possit adstringi. Pupilli defensio cuiuslibet de populo competit, ita quod actio publica dicitur.

P R O

Dom. Philippo Imperiale.

C V M

Dom. Carolo Imperiale.

C A P. X X X V I I.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARÆ.



EX traditis in nota facti aduersus Carolū Imperialem assertū Balia Marchionis Vriæ resultat clarissima Iustitia Capitū propositorum per Philippum Imperialem patruum prædicti Marchionis, super quibus petit per supremū Colat. Consil. in quo res agitur coram Illustribus, & Religiosissimis Dominis prouideri.

Primum igitur caput in eo consistit, quod. s. Balia tus deferatur Ioan. Baptistæ Imperiali similiter patruo Marchionis iuxta formam conuentionis in Albarano contentæ.

Circa, quod breuibus me expediam cum ex scriptura in actis producta satis liquidè appareat, quod sequuto obitu Marchionissæ Vriæ Auiæ paternæ Marchionis, orta fuit non modica controuersa inter Ducissam Sancti Petri in Galatina Auiam maternam, & prædictos Dominos Imperiales patruos circa Balia tum, ad quam sedandam contenti extiterunt, quod Balia tus deferatur in personas Ducissæ Auiæ maternæ, & prædicti Caroli, cum pacto, quod tenerentur constituere procuratorem pro Gubernio bonorum pupilli Ioannem Baptistam, mediãte

Al-

Albarano subscripto per ipsum Carolum, qui hanc veritatem non poterit obumbrare, fuit namque per ipsum libellus porrectus, & Albarano presentatum fol. 62. quod nulla indiget extrinseca probatione de iuris censura, cum presentans in iudicio scripturam, fateri censetur omnia in eo contenta, cap. cū venerabilis vbi Canonista de except. Aff. dec. 25. num. 5. & 6. vbi addit. Gram. Boer. decis. 252. D. Reg. Rom. cons. 85. num. 11. vol. 2. post Rip. respons. 80. num. 14. imò cum fuerit per ipsum in iudicio recognita, & super ea iudicatum vnde vim iudicati acquisiuit, verè nulla ratione poterit eius executionem euadere, ex his, quæ tradit Paris. cons. 77. num. 24. lib. 3. secundum quæ decisum testatur Scayn. dec. Semen. 55. num. 3. & dec. 56. num. 1.

Hinc est: quod supremum Collat. Conf. ad relationem Illust. Domini Reg. Marchionis Belmontis Præceptoris mei, causæ Commissarii oculatissimi, non aliter decretum interposuit, aut Baliatum detulit in personam ipsius Caroli, ita vt dici possit, quod solius hominis singularis industria fuerit electa, sed admixta eius persona cum Ducissa Auia in roborationem conuentionis inhitæ, vt tandem exerceretur Baliatus per Ioannem Baptistam, qui alias viuente matre in eo adèdè laudabiliter se gessit vt ab omnibus meruerit laudari, & nunc magnoperè optaretur, & licet postmodum procurauerit idemmet Carolus excludi Auiam mediante Decreto, eò quod sollempnia non adimpleuit, non poterat à contentis in scriptura recedere cum in Iudicijs quasi contrahitur, l. 3. §. idem scribit, ff. de pecul. Bald. in l. 1. num. 6. C. commod. Butr. in cap. veritatis 8. num. 14. de dol. & contum. Abb. in cap. post cessionem n. 3. de prob. & in cap. Si cautio nu. 2. vers. Quarto fallit de fid. instrum. Gregor.

Lopez in l. 25. tit. 1. par. 7. glos. 5. Martenc. in l. 12. tit. 11. lib. 5. Recopil. glos. 2. num. 5. tum quia pacta adiecta in contractu sunt pars ipsius contractus, & cēsētur inesse, l. lecta, vers. dicebam, ff. si cert. pet. l. 1. §. deinde, ff. de eden. l. iuris gentium, §. quinimò, ff. de pact. & idèdè contractus non potest à suis pactis diuidi, & pro parte acceptari, pro parte autem reprobari, l. cum quareretur, ff. de admin. tut. Bar. in l. Aurelius, §. idem quesit. ff. de liber. lega. cum alijs adductis per Gratian. discept. forens. cap. 301. num. 57. vol. 2. tum etiàm quia in pactis consideratur indiuiduum voluntatis, iuxta tradita per Bart. in l. gracè, §. illud nu. 4. ff. de fideiuss. Camer. in cap. Imperialem, fol. mihi 68. col. 4. lit. T. non etenim aliter Ducissa Auia, quæ omnibus erat præferenda in Baliatu ex traditis per Castill. decis. 80. num. 3. & Surd. decis. 106. num. 7. consentiret, quod detur in Baliatu Carolus pro adiuncto, nisi sub illa lege, quod exerceretur per Io. Baptistam, nec actus operari potest ultra intentionem agentium, l. non omnis, ff. si cert. petat. & ex quo noluit mandatum facere ad hoc vt Ioann. Baptista exerceret, redditur suspectus secundum Bart. in l. actus, ff. de admin. tut. & in puncto notat Aff. et. decis. 207. num. 2. Nec decretum Collat. Conf. ab obseruantia conuentionis ipsum absoluit, cum de hoc nihil fuerit tractatum, imò cum solus remansit Carolus Balius, nemo fuit, qui in hoc pupilli recordaretur, & supplici libello Dominis insinaret.

Vnde secernitur ex primordio tituli posteriorem formari euentum, vt Baliatum affectans Carolus, ex hoc solum veniret priuandus, secundum Hyeron. Gabriel. cons. 27. nu. 14. Bero. cons. 123. lib. 3. Castill. dec. 80. n. 23. Consil. Ann. cons. 50. n. 14.

Secundum caput continet administrationis interdictionem donèc super totali remotione à Baliatu Iudicium feratur, Pro

Pro huius capituli iustificatione attentis ijs, quæ nobis constant ex præcibus porrectis S.E. per nõ nullos Vassallos super reparatione grauaminum illatorum per dictum Carolum, secernitur mala administratio ipsius circa pupilli patrimonium, conuertendo in proprios vsus eius introitus, & signanter dum maior pars introituum Marchionis consistat in victualium recollectione, si cariori vendantur pretio, sibi adscribit, dum autem viliori æstimantur pupillo appropriat; Vassallos terrarum indebitè carcerat, & odio prosequitur, illos præsertim, qui superiores adeunt ad obtinendum Iustitiam, contra ipsum; Spolium violentum contra Syndicum Terræ Francauillæ commisitè proprijs laribus eiiciendo, & alteri tradendo, ea de causa, quia noluit consensum præstare ann. prouisioni ducatorum sexcentum ab ipso petita (seu maui extortæ) sub prætextu solutionis functionum fiscalium Vniuersitatis; Annonam frumenti, & aliarum frugum (Dei beneficentia concessam) in penuriam conuertit, dum commercium prohibet subditis, volens ipse solus ad eius placitum vendere; Impedimentum præstat Vniuersitati, eiusque Rectoribus ne significatorias exigant contra debitores, eò quod sibi obsequium præstant, ab ijs verò, qui non debent sub varijs coloribus exigi iubet, dum eius voluntati non obediunt; Vassallis minimè opem præstat ad hoc vt valeant seminare, vnde oritur, quod parum metuant, & priuatur Marchio Decimis; Pragmaticas Regni Sædiones non obseruat, dum Capitaneos ad Iustitiã deputat Ciues eiusdem Terræ, quod cum fuerit per Sac. Conf. expressè inhibutum, sub varijs subterfugijs obedire detrectat; Terribilis adeò factus est miserimis vassallis vt nullus audeat superiores adire ad euadenda grauamina, quibus ma-

ximè præmuntur cum statim eos in carcerem detrudi iubet; Si quis ex Nuntijs regias prouisiones notificat, verberibus cæditur, & in vinculis conijcitur pro vt in prouisionibus Sac. Conf. accidit, & hæc sunt minima pars eorum de quibus sunt conquesti Vassalli, alia plura, & grauiora de industria nobis ommittentibus in scriptis referre, super quibus fuit instatum informationem capi, quæ impeditur pro parte dicti Caroli, ne veritas elucescat.

Quibus attentis: certum est remouendum esse ab administratione tum ob dolum cum ob culpam ad
 10 *tex. capitalem in l. eum quæ, C. de susp. tut. vbi Bart. & Bal. notant, quod litis pendentia super suspicionem tutoris impedit interim tutelæ administrationem de quo est tex. in l. fin. ff. vbi pup. educ. deb. l. fin. C. de admittor. Rom. conf. 80. num. 1. in fin. & conf. 428. dub. 2. l. eum qui res, C. de procur. l. 3. S. qui ob segnitiam, ff. de susp. tutor. l. si tutor velit cum ibi notat. ff. de author. tutor. Auth. licet, C. de Episc. & cler. Reg. Valenz. conf. 35. nu. 26. & seqq. lib. 1. vbi prædicta locum sibi vindicare tradit in quolibet officium aliquod habente, veluti Iudice, Tutore Procuratore, & Exequutore qui negligenter versantur, vt debeant remoueri bene Georg. alleg. 42. num. 10. vbi adducit *tex. in l. impuberibus, S. si funus, ff. de suspect. tutor. & in l. quicunque, C. de diuers. Official. lib. 12.* Nec possunt Administratores deteriorem conditionem facere, cum in hoc mandatum non habent neq; ab homine, neq; à lege secundum Larr. alleg. fiscal. 34. nu. 5. par. 5. arg. *tex. in l. non abstulit 4. C. de nouat. l. Preses C. de transf. Affl. decis. 357. in fin. vbi allegat *tex. in c. omnipotens de accus. & Inno. in c. olim de accus. ibiq; Vrfill. num. 6.* differentiam tradens, an quis debeat in totum
 11 remoueri, vel dari adiunctus, id quod etiam ponderauit D. Pres. de Franch.**

Franch. dec. 8. num. 8. post Bart. in l. si tutor. ff. de susp. tut. & Grat. in respons. 44. 1. vol. quod quando tutor esset persona coniuncta, & ob dolū deberet remoueri, sit in arbitrio Iudicis, an sit interdicens administratio, vel alia persona sit adiungenda, quando verò non timeretur infamia, tunc standum sit regulæ d. l. cum, quem etiam respectu matris, quæ in hoc non reperitur privilegiata, conferunt tradita per Corn. cōf. 175. n. 5. & 6. lib. 3. & per Boer. dec. 266. & in punct. 10. Lup. in repet. c. per vestras de donat. int. vir. & vxor. §. 17. in princip. regulam constituit generalis quod propter malam administrationem alicuius, interdicitur, & remouetur sibi administratio, eamque intelligendam putat non solum quando iam dissipauit bona, verum etiam quando est suspicio quod dissipabit, adducens tex. singularem in l. Imperatores, §. si. ff. de ap. pel. vbi si est suspicio, quod victor dilapidabit fructus rei super qua victoriam reportauit, proceditur ad sequestrationem fructuum, suspicio etenim alicuius mali euentus idem operatur ac si casus accidisset secundum Surd. decis. 183. num. 2. qui id probat ex tex. in l. 1. §. si suspicio, & l. Pedius in princ. ff. de incend. ruin. naufr.

Idque cōprobat apertè ex Bart. in l. libertus §. in quæstionibus ff. ad municip. Luc. de Pen. in l. Iudices C. de dign. lib. 12. Par. de Put. de Sindi. §. accusatus in officio fol. mihi 42. Cassan. ad consuet. Burg. tit. des iustices, §. 6. n. 52. Cappell. Tholos. decis. 370. Franc. Marc. dec. 652. p. 1. D. de Franch. dec. 8. in princ. Gram. cons. crim. 10. Georg. alleg. 42. num. 21. vbi secundum distinctionem Bartol. indicatum recenset per Reg. Cam. in fauorem Regij fisci contra Magistros Rationales Magn. Cur. Sicilæ. Reg. de Pont. dec. Collat. Cōsil. 7. nu. 16. vers. Et secundum prædicta vbi de intellectu decisionis 8. D.

de Franch. idem Reg. de Pont. dec. 10. 19. 28. & 29. Caball. resol. crim. cap. 76. Mastril. dec. 188. nu. 19. Reg. Rou. dec. 35. & 37. & nonnulla dec. 6. & 62. Io. Grandis de Bello exul. fol. 998. qui D. de Franch. me n. nic Ann. sen. sing. 370. & 476. vbi praxim ostendit, Illust. March. Belmont. in 2. par. Iuris Regn. de Offic. Magistr. Iustitiar. n. 38. pag. 256. Intrig. ol. sing. 45. Reg. Sanfel. dec. 61. nu. 7. & seq. post Guttier. de tutel. par. 2. nu. 11. & practicar. quæst. lib. 1. g. 39. n. 190 cum seq. qui omnes asserunt officialibus in officio delinquentibus administrationem interdicens esse, dum causa remotio nis inquiritur, ea potissimum ratione, quod officialis æquiparatur tutori l. prefectus ff. de rit. nupt. Gram. cons. Crim. 10. num. 3. vers. & idem in simili dicimus de tutore vbi allegat Nicol. de Neapol. in l. proponebatur ff. de Magistr. conuen. & Roma. cons. 297. num. 2. vers. ceterū. vbi expressè prædicta procedere inquit etiam si accusatio pendeat, Tutor autem statim atq; suspectus est postularus, administratione interdicitur d. l. cum qui §. si quis autem Inst. eod. cum alijs adductis per Lancell. de att. p. 2. cap. 5. nu. 20. vbi adducit decisionem Rot. & Franch. Mar. 299. lib. 2. 10. Fab. in §. si quis autem Inst. de susp. tutor. Reg. de Pont. dec. 25. nu. 3. vers. Et unū est si ex sola accusatione inquis quod facilius interdicitur administratio non habenti iurisdictionem vt procuratori, & tutori, quàm officiali iurisdictionem habenti ex doctrin. Innoc. in cap. licet Hely. nu. 4. in fin. vers. hinc nota de sizon. secundum quæ iudicatum recenset Reg. Sanfel. dec. 61. n. 11. vers. Ex his in causa Officialiū Regiæ Sicilæ; Iudicantibus ex delegatione Dominis Reg. Valēz. & Consiliaris Rou. ac Nicusa, ipsomet D. Sanfel. pro fisci Patrono interueniente.

Nec nouū est in iure, quod abutens administratione remouetur ab ea, id namq; patet in viro, vt etiam

etiam constante matrimonio dotem restituat, ad *tex. in l. si constante ff. sol. matr. & in l. ubi adhuc C. de Iur. dot. & utrobique per Scriben. D. de Frach. dec. 54. late.*

21 Ex in terminis terminantibus in curatore abutente officio suo quod omnis auferatur administratio est *tex. in l. fin. S. 1. ff. de admin. tut. quem late exornat Barr. & post eum reliqui.*

Mala autem administratio Caroli, licet ex superius enunciatis satis liqueat ita ut veniat remouendus, ex duobus tamen assumptis denegari non potest vsquequaque.

Primo; quia notorium est in tota Prouincia, ne dum in Terris Marchionis quam malè se habeat erga Vassallos, ipsos molestado, angariado, nonnullos grauibus, & atrocibus iniurijs afficiendo, alijs vulnera inferendo, eorumque bonis propria auctoritate expoliando, Imò res eò deuenit (vt profertur) vt Sacerdotè consanguineo opem præstanti, percuti iusserit, quæ omnia sunt in casu vt ne dum Balius remoueat à Ba-
22 liatu, verum etiàm Baro ipse feudo priuetur ad *tex. in cap. Domino si de feu. fuer. controu. & in cap. 1. qual. dom. feud. priu. And. in c. 1. nu. 28. quib. mod. feud. amitt. eam adducens rationem, quia abutitur feudo, & plura addit Liparul. ibi, Lanar. cons. 7. nu. 23. vbi hoc esse propriè abuti iurisdictione exemplificat, & decisum testatur Gram. in solemn. decis. 104. his etenim gra-
23 uaminibus optimum Principem reparare decet cum ipsius munus sit ad *tex. in l. 3. S. nec potest ff. de offic. Præsid. l. si aduersus C. de heret. Auen-
24 dan. de excoquen. mand. regijs cap. 11. Abutitur etenim auctoritate sibi à lege concessa, & ideò indignū se facit ad tradita per Castrens. in l. in re mandata C. mandati. & quod tutor
25 etiam pro leuissima causa possit remoueri à tutela post *Barr. in l. fin. de susp. tas. & Bal. in l. qua fortuitis 8. col.***

C. de pignorat. act. Affl. d. dec. 207. nu. 3. Capic. dec. 50.

Secundo: Carolus ipse est credi-
26 tor Marchionis pro vt constat ex actis, quo casu remouetur, imò tutor esse non potest, secundum *Boer. dec. 266. & faciunt notata per Bero. quest. 66. Curt. iun. cons. 94. nu. 7. & seq. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 25. n. 5. Castill. decis. 20. nu. 8. & dec. 80. nu. 59. & 60. vbi quod Iudex debet, potest, & tene-
tur hoc casu non admittere creditorum ad tutelam; nam cōtra eum est suspicatio ne supprimat scripturas spectantes ad actiones, vel exceptiones pupilli, iuribus citatis per *Decian. cons. 49. in fin. lib. 1. cuius meminit Reg. Galeot. controuer. lib. 1. cōtro. 60. n. 26.**

Tertium caput circa educationē Marchionis penès alterum commēdādam Iure quidem proponitur in
27 supremo Collat. Cons. quod patris vicem sustinet, *l. sam dementis C. de episc. audien. l. profectitiam in princ. ff. de iur. dot. cum pluribus magistraliter de more cumulatis per D. meū March. Belmontis decis. 51. nu. 5. nec
28 patietur penès illum ali, qui patrimonio infidiatur, l. qui fundum S. si tutor ff. pro emptore, & in indiuiduo notat *Bal. cons. 487. in princip. vol. 5. Or quanto magis si bonis infidiatur moribus? c. 2. de conuers. infidel. quia, & hic hostis est boni nominis, & bo-
29 ni moris, ad tex. in l. in confirmando ff. de confirm. tut. l. suspectum ff. de susp. tutor. Bal. d. cons. 487. circa princip. Res etenim aperta est pro alimentis Marchioni decretos fuisse annuos ducatos 1500. ad suggestionem Caroli præuia informatione, in qua nullus extitit contradictor, sub prætextu, quod maior pars summæ prædictæ esse elargienda præceptoribus à quibus Marchio iuxta eius qualitatem edoceretur, & tamen (fama est) nullum præpositum fuisse præceptorem, nisi religiosum quemdam, cum quo Marchio domesticè se habens parum ab eo instrueretur, imò**

R r la-

laxis habentis vitam ducens, Vassallis molestiam ingerit, consanguineis vero docendi causam præbet; Inde factum est vt Iura a deo inuigilarint in educatione pupillorum, vt in arbitrio lus dicentis reposuerint ne malè educètur, quodq; liceat etià 30 contra morientium voluntatem venire (cuius dispositio alias pro lege habita fuit *ad. tex. vulg. in §. disponat Aushen. de nupt. l. 1. C. de sacros. Eccles. cum alijs adductis per Illust. D. meū Marchionem Belmontis dec. 51. n. 3.) l. 1. ibi, (Et nonnunquam a voluntate patris recedit Prætor.) ff. ubi pupill. educ. deb. idq; adamussim satis eleganter explicauit Bal. in celebri cōf. 487. vol. 5. normam præbens circa educationem, vt committatur penes eum, cuius vitæ, laus, & exemplar pudicitæ, & conscientia pupillum, per omnia salubriter conseruaret, quodq; Iudex debet facere id quod versimiliter faceret pater si viueret, vel si ipsemet pater esset, & debet 31 esse seuerus, & rigorosus, non gratiosus, nec tutorum moueri debet blanditijs, sed solius vitæ meritis, itaut infra scripti DD. innixi dispositioni *tex. in l. 1. C. l. 5. ff. ubi pup. C. & in l. 1. C. 2. C. eod. ubi Bart. & Salic. habentes Baldum Anselignanum dixerint, quod cuncta in hac materia remittuntur Iudicis arbitrio, sic**

Ex Reperentibus: *Gutierrez de tut. 32 te. par. 2. cap. 8. nu. 8. Montan. de iur. tut. cap. 32. reg. 9. a num. 236. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 168. Surd. de alim. q. 13. tit. 4. per tot. Gregor. Lopez ad l. Hisp. in l. 9. tit. 16. par. 6. vers. el padre, Gualter. in pax. tut. par. 2. rub. 1. nu. 2. & 5. Moyses. ad consuet. Neap. tit. de success. ex testam. q. 11. num. 17. Vascon. in conclus. Iur. verb. pupillus.*

Ex consulentibus: *Barba. conf. 60. 33 col. 14. vol. 3. Menoch. qui antiquiores adducit conf. 62. nu. 17. & 18. lib. 1. D. Reg. de Pont. conf. 93. n. 22. & 28. vol. 2. D. Reg. Valenz. conf. 36. nu. 20. 34 Consil. Ann. conf. 33. ex nu. 1.*

Ex Decidentibus: *Afflic. dec. 183. Gram. dec. 55. num. 1. et 2. Vin. dec. 16. num. 1. Præf. noſter. decif. 350. (qui in hac materia, relictis modernioribus semper ad Bal. conuolasse proficitur) Reg. de Pont. dec. 20. num. 20. & seqq. Maſtr. ill. dec. 30. Præceptor meus D. Reg. Tap. dec. 51. num. 4. qui plures ex præcitatatis allegat *Castill. dec. 20. num. 8. D. Reg. Rou. dec. 8. iraut non, femel ex quilibet leui suspicionè per suprema tribunalia fuerit ordinatum, pupillos educandos etià penès alios coniunctos, vel etià 35 extraneos teste Consil. Ann. d. conf. 33. in fin. cum ad tutores pertineat habere curam personæ, sicuti rerū ipsius pupilli l. 1. ff. de tut. Castrens. 36 conf. 127. num. 1. vol. 1. nec Iudicia supremorum tribunalium in similibus iudicatis sperni debent, imò sunt amplectenda, ad *tex. in l. filius ff. ad l. Corn. de fals. l. 1. sic enim inueni Senatam censuisse) quem ponderat D. Reg. Rou. conf. 78. nu. 2. vol. 2. et D. meus Reg. Tap. sapiens citata decif. 51. in fin.***

Quartum caput circa reditionem computorum etiam reliquorum restitutione nullam præbet ansam immorandi, cum extet celebre Iuliani responsum *in l. tutor, qui reperiuntur ff. de admin. tut. vbi cōmuniter omnes, & tot. tit. ff. de tut. et ratio. distrahen. & signanter l. 1. §. officio cam. alijs cumulatis per Rom. conf. 415 n. 2. Castil. dec. 19. n. 5.*

Quintum caput petitiæ denegationis accessus d. Carolo ad loca Marchionis: siue tota Prouinciam, de plano procedit: nā alias si ibi existeret, terreret testes, & de facili veritas haberi non potest secundum *Criuell. decif. Dolan. 60. num. 9. imò si inquiritur, vel accusaretur, is, qui habet iurisdictionem, & subditos, nedum debet accessus prohiberi, verum etià suspendi iurisdictione, & interdicti administratio, ea ratione, ad hoc vt super quærelis absq; metu,*

tu, & timore possit procedi, vt per multa fūdat *Gram. conf. 10. in princ. & per tot. & signanter nu. final. vers. & ideo in terminis nostris dicens ad hoc, vt testes absq; metu aliquo deponere possint tam in processu ordinariē fabricando, quā in quærelis expositis de quibus non est capta informatio, & ibid. num. 3. ex doct. Parid. de Put. de sindic. prius dixerat,*
 37 etiam officialem sindicandum debere interim suspendi, quia distraheret testes scientes veritatem, vel minas inferret, vt pro absoluto tradit *Lansell. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 5. n. 17. & 18.*

Post hæc delineata, innotuit ad exonandum Carolum ab ijs, quæ ex vnoquoque ex capitibus contra ipsum propositis satis vrgent, fuisse pro eius parte opposita nonnulla, quæ nos ordinatè in medium adducemus, vt mox resolutis pateat, quā debilibus sustineantur fundamētis.

Dicit primò: Philippo nullum ius competere in hoc iudicio, & ideo ab eius limine repelli debere cum sine actione nemo experiantur *ad tex. in l. si pupilli, S. videamus ff. de neg. gest. cum concord.*

Afferit secundo (quatenus esset persona standi in hoc iudicio) denegandam esse audientiam Philippo vt i contumaci S. E. qui propter eius inquietam naturam fuit electus ab hoc Regno (sunt verba Caroli in scriptis prodita .)

Adstruit tertio non licere Philippo accusare fratrem Carolum .)

Sed re vera ex his nihil ad rumbum. Nam.

Quò ad primum: iura sunt aperta,
 38 consanguineum admitti coram Iudice super re ad pupillum spectante sic *Vulp. in l. 1. ubi (presentibus cæteris propinquis liberorum) ff. ubi pup. educ. deb. ubi apertius glos. in verb. Adiri, docet nedum id permitti Matri, Agnatis, & substitutis pupilli, sed etiam cuiuscumq; itaut hæc actio sit*

publica, consimilis *tex. in l. 1. ibi (quando autem inter eam, & cognatos, & tutores super hoc orta fuit dubitatio) C. eod. latè Paris. qui plures cõgerit conf. 56. nu. 1. & ex Nostratibus in puncto Consil. Ann. conf. 33. nu. 13. afferens frustra aduersus receptam hanc conclusionem adduci posse. Reg. Sanfel. decis. 62. quæ verè est discursus Regent. Alonsi Xuares què Ego ad pennam habeo, nu. 159. vers. secundo in fin. vbi allegat *tex. in l. his consequens ff. de suspes. tutor.**

Secundum obiectum de contumacia, facilè diluitur, nam etsi verū fateamur assumptum contumaciam audientiam denegari *ad gl. valdè singularem in l. sed etsi per Prætoram, S. ait Prætor, vers. sed etsi de curio ff. ex*
 40 *quib. causis maior*, itaut contumacia dolo æquiparetur, & transeat in delictum *l. contumacia ff. de re iud. per quem tex. gl. in d. l. sed, & si per Prætoram deducit conclusionem, quam non esse alibi dicit Bal. in tit. de mut. petit. sub rub. 1. col. vers. quæro quid si actor, cum alijs traditis in c. tue ve lit. non contest. vnde Milles in sua prax. crimin. tit. de prob. nu. 9. dixerit*
 41 esse in prouerbio, quod aduersus contumaces Iura clamant *Thef. dec. 265. num. 1. & per tot. D. de Franch. dec. 271. num. 1. Maran. in suospecu. par. 6. tit. de contum. num. 9. vsq. ad nu. 34. vbi viginti quatuor pænas con-*
 42 *tra contumaces tam in ciuilibus, quam in criminalibus recenlet, & alias addit. Carauit. super rit. M. C. 220. per tot. (cæteris de industria, omissis) tamen vnde oriatur Philippi contumacia, & qualis ea sit non agnoscimus, nèc contumacia res est de per se stans, sed delictum præsupponit, quod petimus à Carolo propalari, non entis etenim non sunt*
 43 *partes, l. eius, qui in Prouincia ff. si certum per. & priuatio præsupponit habitum l. decem ff. de verb. oblig.*

Et licet dicat Carolus eiectum fuisse à Regno Philippum ordina-

tione S. E. in hoc non adest contumacia, paruit etenim, (vt debebat) Excellentiss. Proregis placitis, & Romam adiit, & licet Princeps præsumatur omnia iusta facere, & iustus

44 ex causis moueri ad quid statuendum in his quæ sunt Iuris positiui, vt post multa dicit *Mastrill. de magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 347.* vbi iustam causam dicit esse, quam Princeps iustam declarat, & *Luc. de Penn. in l. fin. num. 43. C. de locat. præd. civil. lib. 11.* quorum meminit *D. meus Regens Tap. dec. 5. Senat. Ital. num. 97.* nec de

45 potestate illius sit disputandum, cum sacrilegij crimen sit *l. disputare C. ad l. Iuli. Maiest. negari tamen non potest Carolum affectasse hæc sub nomine Marchionis pupilli, cuius*

46 voluntas nulla est *l. pupillus, ff. de reg. Iur. Crinell. dec. Dolan. 11. nu. 5.* ad hoc vt nullus reperiatur, qui pupilli indemnitati prospiceret; Dum igitur Philippus paruit, purgata est contumacia, cuius pæna denegationis audientia temporalis est, nõ

47 perpetua *secundum gl. in l. consentaneum, C. quomod. & quam. Ind. & tenet Lancell. in l. 2. vers. in quantum, C. de eden. vbi etiam Dec. 6. col. vers. tertius casus est, & in c. 1. col. fin. vers. & ideo audientia deprob. Maran. in specu. in 2. memb. Iudic. in quinta pæna, Præf. de Franch. dec. 271. num. 2.* ibi (*Nec ipsum audiant, nisi purget moram.*)

Vtrà quod possem dicere in Philippo nullam cadere posse contumaciam cum sit persona Ecclesiastica, quæ nec volens potest coram laico comparere *ad tex. in c. si diligenti de for. competen. & in c. at si Clerici de Iud. vbi communiter, & in puncto Gram. dec. 61. num. 5.* inquit clericum non teneri comparere coram Iudice laico vt incapace Iurisdictionis, nec ratione contumaciæ potest puniri si non comparet coram eo, & plura recenset ad id probandum *Gram. d. dec. 61. per tot. & per-*

bellè animaduertit decidendo, *My-sing. centur. 6. obseru. 90.* cum alijs pluribus à *Me conglomeratis cap. 4. hoc eod. lib.* quæ ex abundanti dicta sint, non quod vrgeat necessitas, cum neque per somnium contumacia potest in personam Philippi considerari.

Idque conuincitur ex audientia facti, nam si Philippus contumax reputatus fuisset, liberè non incessisset per hanc fidelissimam Ciuitatem in qua per plures dies moram traxit, & Dominos de Coll. Conf. proprio ore de eius Iuribus instruxit, eisq; facti notam tradidit, nec ab illis fuit audientia denegata, imò (vt assolent) hilari fronte receperunt, & audierunt, vt iustitiam ministrarent, & hoc satis erit ad hanc veritatem demonstrandam, nec valui authorem inuenire, qui asserat ex quo princeps aliquem de Regno discedere iubeat, audientiam ex hoc in alijs rebus denegari, sed contrarium edoctus sum, quod Princeps nõ censetur aliquem velle suo Iure priuare, ex Præceptore, & *Dom. meo Reg. Tap. in dec. Senat. Ital. 4. num. 64.* Nec tertio præiudicare in *decis. 2. num. 322.* vbi cotas adducit; cset etenim iniustitiam facere dum defensionem tolleret, quod non est præsumendum ne quidem in Rege, quia nomen Regis iusto tantum congruit, ad tradita summo lepore per eundemmet *Dom. Reg. Tap. in decis. 3. eiusdemmet Senat. num. 137.*

Tertium tandem assumptum Caroli, quod non liceat Philippo fratrem accusare, adeò futile est, vt nullam mereatur responfionem, siquidem Philippus talionis regulam despiciens, fraternitatis dilectionem obseruans, ipsum non accusat, sed nepotem ex fratre pupillum tuetur, dum eius patrimonio, & educationi curam adhiberi satagit coram supremo Tribunali, imò quam Car-

lus

lus accusationem appellat. Imperator Gordianus, pietatis munus exclamat in l. pietatis 6. C. ubi pup. per hæc verba ad viuum præsentem facti
 52 speciem denotantia ibi, Pietatis fūgeris munerē, qui fratris, tui filios (vt necessitudo sanguinis suadet) protegere conaris,) eò magis quia Philippo è medio sublato, quis audebit contra Carolum in pupilli beneficium loqui? Certè nemo; cum Valsallis vix eisset salus si minimum proferrent verbum, tantum ab est, vt in Iudicio valerent experiri.

Nec gloriatur Carolus de absentia Philippi, nam Deus ipse, qui peculiariter pupillis prospicit haud sustinebit: veritatem omnium fortissimam, & semper victricem in latibulo delitescere, vt habetur lib. 3. Esdræ c. 4. & c. veritate, & seq. 8. dist. Osa. plura cumulans dec. 30. nu. 1.

Minus diffitemur: Primates Iudices Senatus amplissimi ex seipis adhuc nemine petente omnibus reparaturos fore, ne Valsalli Marchionis minoris opprimantur, dum illis constat, nam ex officio id agēt, pro vt tenentur, ad Boer. decis. 294. num. 5. & ex reg. tex. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. Præs. eo magis, quia coniunctum adest Regis interesse, ne ad exinanitionem vassalli deducantur, secundum Andr. in c. 1. quib. mod. feud. ami. nu. 27.
 54 imò ipsos habere vult locupletes, ad tex. in §. cogitatio, auth. vt ind. sine quoq; suffrag. Frecc. de author. Baron. auth. 8. fierent etenim ex male tractamenti impotentes ad solutionē functionum fiscalium, & aliorum onerum, prout aduertit D. Reg. de Pont. dec. 34. num. 33. in fine; eò amplius, quia iam secernitur spem Caroli totam consistere in exclusione Philippi, cum nullum sibi paretur tutamen aduersus capita proposita, super quibus informationem instrni æquo patiaturo animo, nec amplius illam effugiat, si nihil sibi conscius

est, vt de semetipso ipse dicit.

Ex quibus omnibus (ni fallit opinio) quàm rectè Philippus pro nepote in iudicio experiatur & quàm iustè Carolus eius educatione sit priuandus, ac à Baliau arcendus cū interdictione administrationis inquisitione pendente, vt pupilli substantiæ, eiusque personæ prospiciatur, vassallorumq; grauaminibus occurratur, Supremum Coll. Conf. secernet, cuius æquitati nedum pupillum vsq; adhuc indefensum cōmendamus, verum etiam hæc, quæ exarauimus, corrigenda submittimus. Laus Deo, Beatæque Virgini Mariæ. Neap. die 9. Ianuarij 1638.

Articulus hic remotionis Baliaus, non fuit decisus (vt est mihi, relatum) Nam pluries facta discussione, Marchio Vrix ad pubertatem deuenit, & sic lis tempore expirauit, Ego verò post hæc scripta clientem non vidi, nam alium accersuit causæ Patronum etiam Iudicio pendente: Occasionem protinus ignorauit. scio tamen quod voluntas hominum est ambulatoria vsq; ad mortem, nec Clientes cum Aduocatis contrahunt; seu quasi, vt perpetuò quam susceperunt Clientum tuitionem, quamq; Clientes electionem Aduocati fecerunt, firma, ac inuariabilis sit; Mutantur siquidem tempora, & mores, & nihil sub sole firmum, sed variabile totū, Vnde vacet quisquis muneri suo, vt Deo complaceat, cætera omnia habeat postergata.

Penes Mag. Hieronimum de Amico
 Reg. è mandatis Scribam.

S V M M A R I V M.

- 1 P. Vincentius Paganus Iesuita laudatur.
- 2 Bulla Nicola V. fuit recepta in Regno ab Alphonso I. Rege, interq; Regni pragmaticas sanctiones descripta sub tit. 1. de cētib. prag. 1.
- 3 Contractus censualis non potest excedere decimam partem principalis recepti, seu partem prætij.
- 4 Usura omni iure prohibita est.
- 5 Iure naturæ, seu à natura ipsa rei, illicita est usura, & contra iustitiam commutativam.
- 6 Accipere aliquid ultra sortem pro mutuo, est pro commutatione rei mutuo data accipere plusquam valeat.
- 7 Aristoteles lib. 1. Politic. cap. 7. inquit monstruose tempus ex nulla præexistente materia parere pecuniam, & contra naturam esse, ut nummus nummum pateret.
- 8 Usura est prohibita iure noui testamenti, seu lege Euangelica.
- 9 Iure civili inspecto, prohibita sunt usurae.
- 10 Usuras à iure civili permissas esse, hereticalis propositio est.
- 11 Author damnatæ memoriæ, damnatus est circa opinionem quam tenuit de duplici usura, mala scilicet, ideoque prohibita, altera verò licita, & meritoria.
- 12 Carolus Molinæus heresicos notatur ob opinionem quam tenuit circa usurarum licitam exactionem.
- 13 Annuus census non debet excedere decimam partem prætij recepti iuxta Bullam Nicolai receptam in Regno.
- 14 Illicitus, & usurarius censetur contractus excedens decimam partem prætij recepti.
- 15 Pactum usurarium oppositum in contractu, minime contractum vitiat, sed pactum ipsum remanet vitiatum.
- 16 Annuus census excedens decimam partem prætij, est reducendus ad iustam annualitatem.
- 17 Census si excedat iustam decimæ partis prætij solutionem quotannis, nullus est censendus, & quicquid solutio fuerit, imputatur in sortem.
- 18 Exigere plusquam decem pro centenario, est contra formam Bullæ, & contra substantiam contractus.
- 19 Contractus usurarius an vitietur, & annulletur in totum, vel saltem remanent vitiatum pacto firmo remanente.
- 20 Census esse redactus ad iustam quantitatem, determinationes afferuntur Cameræ Imperialis, & Senatus Pedemontani.
- 21 Nullus producit effectus ex actu nullo.
- 22 Ipso iure nullo dicitur contractus usurarius.
- 23 Lex remouet potentiam à contractu usurario.
- 24 Solutio anticipata census annum ad rationem decem pro centenario sapit usuram.
- 25 Obligatio nulla oritur ex contractu usurario, nec de iure gentium, neq; de iure civili.
- 26 Repetitio nulliter soluti vigore contractus usurarii, competit per conditionem indebiti.
- 27 Exceptio usuraria prauitatis est perpetua, & inprescriptibilis.
- 28 Instrumentum non habet executionem, si in eo adsit usurarium pactum.
- 19 Usuraria exceptio in Regno Aragonia non impedit instrumenti executionem.
- 30 Io. Dominicus Gaito laudatur.
- 31 Exceptio oriens ex ventre instrumenti summarie dignosci debet ad finem impediendi executionem.
- 32 Cognitio plenaria requiritur in iudicio ordinario, secus in iudicio executionis.
- 33 Index ex officio tenetur impedire executionem instrumenti suspecti de usura.

- 34 Ordinarie agendum est virtute instrumenti continentis usuram, itaq; decisam per Sac. Conf. refertur.
- 35 Executio instrumenti continētis usuram fuit impedita per Audiētiā Aragonie.
- 36 Suspectio resultans ex instrumento quod adsit usura, operatur quod denegetur executio instrumenti.
- 37 Executio agi ex instrumento, ex cuius ventre exceptio resultat periniquū est.
- 38 Instrumentum contra bonos mores, nullam inducit obligationem.
- 39 Correspektiuitas contractus operatur, ut vno sublato, vel posito alterum tollatur, vel ponatur.
- 40 Contractus correspektiuus dicitur pars alterius contractus.
- 41 Cessante vno ex contractibus correspektiuis, cessat & alter.
- 42 Facultatis quæ sunt, non prescribuntur.
- 43 Voluntariam quod fuit ab initio, effectum est deinde necessarium.
- 44 Emptor census non potest cogere venditorem ad extinguendum consumum infra certum tempus.
- 45 Contractus censualis natura est, ne fors possit repeti.
- 46 Pactum de retrouendendo diminuit iustum pretium.
- 47 Pactum de retrouendendo diminuit iustum pretium.
- 48 Pactum de retrouendendo solet aestimari tertia pars iusti pretij.
- 49 Pactum de retrouendendo temperale, quando efficitur perpetuum.
- 50 Census ad rationem duc. decē pro quolibet centenariis, si perpetuo redemibilibus.
- 51 Iniustitia pretij, & lesio præbent perpetuam facultatem reemendi.
- 52 Factum non esse quid iam non legitime factum, in idem incidunt.
- 53 Pacta nouissima prioribus non derogant, si nouissima valida sint.
- 54 Nonatio nulla, præcedentem obligationem non nouat.
- 55 In rebus diuiduis vtile per inutile non vitatur.

ARGUMENTVM.

Contractus censualis, decimam partem pretij recepti si excedat, usurariæ prauitatis labe maculatus existit in terminis *Bulle Pape Nicolai, ac Regie Prag. 1. de censib.* ideoque, vel nullus diiudicandus est, vel ad iustum modum venit reducendus, quantitate superflue recepta in sortem excomputata.

Pactum de retrouendendo, dicitur pars pretij, ideoque iustum pretium quo res ipsa absque ea pactione aestimanda foret, diminuit, nec instante emptore annui redditus ad pactum illud exercendum teneri venditorem. imò si temporale fuerit, effici perpetuum, ad hoc vt contractus iustus censeatur.

Exceptio usurariæ prauitatis ex instrumento resultans, eam præferret efficaciam, vt impedimentum præstet liquidationi instrumenti, omniq; executioni etiam sententiæ, donec de usura plenior adhibeatur cognitio, ad quod expendantur placita *Ioseph Sesse, & Præsidis nostri D. Franc. Merlin.*

Contractuum correspektiuitas

ex pluribus inducitur, quibus non concurrentibus, eā minimè locum sibi vindicare, verum contractu vno existente valido, alioq; inualido, non exindè validam annullari, eò quod inualidus sustineri non potest, maximè in diuiduis, in quibus vtile per inutile non vitiatur, receptum vbiq; theorema dignoscitur.

P R O

V. I. D. Jacinto Moruillo Barone Cercix Parux.

C V M

Admod. Reu. P. Vincentio Pagano, Societatis Iesu nomine vt in actis.

C A P. XXXVIII.

SVB VMBRA PROTECTIONIS DEIPARÆ.

DEcurtatum scribendi morem, in hac causa præsertim obseruare satagimus. Facti etenim species nullum allegandi in iure locum præbet, siue canonum dispositiones intueamur, siue Regni pragmaticas inspiciamus sanctiones, siue iuris practicas conclusiones attendamus; nostram tamen expetenti operam, pauca hæc damus, dum plura consultim missa facimus, in re vndiq; clara, ac luce ipsa meridiana (ni fallimur) nitidiore;

Admod. Reu. P. Vincentius Paganus Iesuita, nobilitate clarus, mororumq; probitate conspicuus, vti procurator Cler. Caroli Pagani eius nepotis emit de anno 1644. præuia cessione iuris luendi à Regia Cur. ann. duc. 560. cum eorum sorte capitali duc. 8000. ab V. I. D. Jacinto Moruillo Barone Cercix Parux super directibus noue impositionis gran. quinque super qualibet libra serici, solutis illi ducat. 2500. ab eodem et P. Pagano mediante instrumento rogato de anno 1644. cum pacto quod liceat eidem Jacinto dictos duc. 2500. recemere quandocumq; pro eodem et prætio effectiue soluro, vt ex partita Banci fol. 7. & in fin. li. A. & ex fide retrouenditionis fol. 7.

Die postmodum 5. Decembris eiusdem anni 1644. idemet Pater Paganus constituit procuratorem eundem Jacintum ad exigendum præfatos duc. 560. cum pacto quod teneatur soluere constituenti ann. duc. 300. mensatim ad rationem, duc. 12. pro quolibet centenario, ha-

habito respectu ad duc. 2500. verè solutos *fol. 2. in fin. lit. A. vers. Ad presens. & àt. nam alios vsq; ad summam duc. 560. relaxauit, & donauit dictus P. Vincentius stante dicta obligatione soluendi mensatim dictos annuos duc. 300. d. f. 2. àt. M. B. vers. Volens.*

Fidem insuper adstringit suam Iacintus de soluendo quantitatem prædictam etiam si dictos introitus non exigeret *fol. 2. àt. lit. C. vers. Quos.*

Et apponitur pactum præsentandi instrumentum via ritus in casu quo defectum fuerit à solutione pro qualibet mensata *fol. 3. lit. C.*

Eiusmodi contractibus innixus P. Vincentius instetit coram Dom. meo Consiliario Francisco Antonio Muscettula vti Commissario Delegato causarum Venerab. ac omnixuo mihiq; multis extollendæ nominibus Societatis Iesu, à quibus Reuerendis sodalibus prima humanarum literarum rudimenta in Patria obtinui ac in Logica eximiũ illum P. Petrum Aloys, virum sanè in diuinis humanisq; literis eruditissimum, ingenio acuto, eloquentia admirabili, morum integritate enitentem, quòd eius egregia literarum monumenta posteritati tradita adeò clarè testantur, vt supra omnem ingenij aleam positum esse, nulli addubitauerint, Præceptorem habui numquam pænitentem; sub cuius auspicijs publicas itidem Dialecticas conclusiones sustinui, cuiq; plurimum me debere profiteor, omnemq; honorem, & reuerentiam habeo, imò summè veneror. mandari Iacinto Moruillo quod eorum forma attenda solueret quantitates debitas, & in futurum continuat *fol. 1. quibus annuens Dom. Commissarius sub die 21. Augusti 1646. interposuit decretum secundum petita d. fol. 1.*

Quo sanè decreto notificato, op-

posuit se Iacintus, asserens vigore contractus vltimo loco initi, non posse adstringi ad soluendum quantitates prætenfas, tantoq; minus ad continuandum in futurum, eò quod nullitatis vitio laborabat, vti vsuraria labe maculatus, dum solutio efflagitur pro duc. 2500. ad rationè duc. duodecim pro quolibet centenario mensatim, ideoq; nullum, & inualidum declarari petijt etiam per viam reconventionis *fol. 4. & cautius sibi prospiciens obtinuit fieri relationem in S. C. à decreto interposito quod soluat vigore pacti fol. 9.*

Defendit se modò Iacintus, decretiq; reuocationem iustè contendit, eo præmissio fundamento, quod contractus prædictus est contra

- 1 formam Bullæ Nicolai V. receptæ in Reg. ac ab Alphonso Primo inter pragmaticas descriptæ quæ est .i. in
- 2 ordine *sub tit. de censib. ibi, Dummodo annuatim census huiusmodi censualiũ decimam partem principalis recepti, seu præij eorundem non excedat. &*
- 3 *iterum inferius ibi, dummodo alias, quam vt præmittitur, quodlibet annuũ censuale, decimam partem recepti, seu præij venditionis ipsius non excedat.*
- 4 *quæ cautum est ad euitandum omnem labem vsurariæ prauitatis (est namq; vsura omni iure prohibita, iure quidem naturali, seu à natura ipsa rei est illicita, & cõtra iustitiam*
- 5 *commutatiuam in vnus rei commutatione pro alia plus exigere, vel accipere, quàm res quæ datur, valeat, sed accipere aliquid ultra*
- 6 *sortem pro mutuo, est pro commutatione rei mutuò datæ accipere plusquam valeat, sicuti docet P. Molin. de iustit. tom. 2. de contract. disp. 304. vers. Ex natura rei, id quod Aristotel. lib. 1. Politic. cap. 7. nulla lege*
- 7 *arctatus, vel edoctus, sola naturali ratione imbutus agnouit, dum inquit, monstruosè tempus ex nulla præexistente materia parere pecuniam*

Sf niam

niam, & contra naturam esse, ut nū-
 mus nummum pareret, quo potissi-
 mo argumento ostendit *Io. And. in*
cap. peccatum sub nu. 12. quest. 2. de
reg. iur. in 6. cuius repetitionem ipse
ponit per Appendicem ad cap. pos-
seffor. Scacc. de commerc. S. 1. quest. 1.
num. 400. & 401. & in tract. de iud.
lib. 2. cap. 9. num. 554. Sic etiam pro-
 hibita dicitur iure noui testamenti,
 8 seu lege Euangelica *Luc. 6. num. 35.*
Mutuum date, nihil inde sperantes,
 quem Euangelij locum sic interpre-
 tata est sãcta Mater Ecclesia *in cap.*
1. consuluit 10. de usur. & cap. 3. & 4.
cod. tit. & de communi Theologorũ,
 & Canonistarũ sententia testatur,
 & sequitur *Io. Azor. de instit. moral.*
par. 3. lib. 5. tit. de usur. cap. 2. quest. 4.
nu. 453. & seqq. Scacc. de commerc. q. 7.
par. 2. ampl. 19. num. 64. & seqq. Sic
 pariter iure ciuili inspecto prohibi-
 9 tas esse vsuras, tenet *Christin. decis.*
Belgic. 154. num. 1. & esse hæreticale
 10 si quis assereret à iure ciuili per-
 mitteri vsuras tanquam licitas multis
 probat *P. Molin. d. disput. 304. in*
princ. fol. 229. & 330. vers. Satisfaci-
endum, & seq. fol. 237. (quicquid pude-
 bundè admodum) damnatæ me mo-
 riæ Author in quodam suo opere
 11 ad ignem damnato *num. 11. & 12.*
 asserere ausus sit, duplicem effin-
 gendo vsuram, quarum alteram di-
 cebat esse sui natura malam, ideoq;
 prohibitam, alteram verò licitam, &
 meritoriam, nam ex hoc *Carol. Mo-*
 12 *lin. hæreseos notatum scribunt Na-*
uarr. in cap. si feneraueris num. 11. &
14. q. 3. & Io. Azor. d. cap. 2. q. 4. fol.
455. sicuti damnat *Michael Sal. ad*
Dinn. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. centur. 1.
ante num. 1. fol. 191. & art. 2. contr. 1.
sub num. 2. vers. Primum igitur fol.
223. & contr. 9 sub num. 1. vers. His
positis vers. Caballinus & seqq. f. 256.
 & 259. alijsq; in locis relatis per
Scacc. d. tit. de commerc. S. 1. quest. 1.
num. 407. vers. Quia respondeo) deci-
 mam partem prætij excedere non

13 debere annuat censum, alioquin
 habebitur contractus uti illicitus, &
 14 vsurarius, *Cassan. in consuet. Burgun.*
rubr. 4. S. 23. glos. 1. num. 54. Gayll. ob-
ser. 7. num. 10. lib. 2. Crau. conf. 145.
num. 20. Borgnin. Cauale. decis. 14. de
contract. par. 2. Papon. lib. 12. arrest. 8.
 & post alios ex nostratibus nos edo-
 cuit *D. Reg. Rou. in luculentissimis cõ-*
mentur. ad d. prag. 1. num. 13. vers. Ve-
rum & num. 19. vers. Est tamen verũ,
 iniquens pactum vsurarium apposi-
 15 tum in contractu, minimè contractũ
 vitare sed pactum ipsum remanere
 vitiatum adducens *Gayll. practicar.*
obseru. lib. 2. d. obser. 5. num. 5. & Surd.
conf. 327. num. 18. vol. 3.

Quò fit: ut saltem secundũ equio-
 16 rein opinionem si non vsurarius sit
 habendus eiusmodi contractus (si-
 cuti pragmatice verba haud obscu-
 rè innuunt) negari non possit, esse
 censum, redditumq; annuum mode-
 randum, & reducendum ad decem
 pro centenario, per *tex. in l. si pro-*
missua, C. si cert. pet. l. eos S. si quis autẽ
C. de usur. l. cum allegas C. eod. l. pecu-
nia fanebris in princ. l. vsuras illicitas,
l. placuit, ff. eod. quem esse iex. ad
 litteram insinuat *Thef. inn. question.*
forens. lib. 1. cap. 69. num. 3. vers. Alij
dicebant in fin. quæ sanè iura ad id
 probandum adducit *Roder. de annu.*
redd. lib. 1. q. 7. num. 1. & 2. ibique
num. 9. tradit quod nullus sit cen-
 sendus contractus in totum ob ex-
 cessiuum redditum, nec aliquid de
 17 redditu debetur, sed quidquid so-
 lutum fuerit, imputatur in sortem, à
 qua liberatur debitor residuum sor-
 tis soluendo, ità ut si plus soluerit,
 repetat, cuius sententiæ fuit *Viu.*
dec. 369. num. 17. & seq. ea ratione
 quia exigere plusquam decem pro
 18 centenario est contra formam Bul-
 læ, & contra substantiam contractus
 tendit pactum exigendi eiusmodi
 inhibitam quãtitate, imò destrue-
 re totum contractum uti contra na-
 turam, & substantiam ipsius suadèt
 exa-

exarata per *Thef. iun. d. q. forens. 69. num. 1. & 2. qui tamen num. 3. verio-*
 19 rem censet opinionem, contractum
 ex huiusmodi pacto non annullari,
 sed pactum solum esse abradendum
 iuxta *consil. Navar. in commentar. de*
usur. super motu proprio Pij V. nu. 91.
 & reducendum esse censum ad iu-
 stam quantitatem, itaq; solitos esse
 iudicare Assessores Imperialis Ca-
 20 meræ fidem præstat *Gayll. d. obser. 5.*
 & 7. cui concors est Senatus Pede-
 montanus teste *Thef. iun. d. q. 79. n. 4.*
 & in *addit. ad decis. Genitoris 154.*
in fin. inquit læpius vidisse in cō-
 tractibus qui fuerunt declarati nul-
 li fuisse assignatum cēsum ad quin-
 que vel sex pro centenario per eū-
 dem Senatū qui consuevit admit-
 tere iustum censum ad rationem
 21 *duc. 8. pro centenario ex dictis per*
ipsūmot q. forens. 33. cod. lib. 1.

Ut ut autem se se res habeat; ne-
 mo non consentiet Clientem no-
 strum vigore pacti in instrumento
 adiecti minimè ad solutionem vr-
 geri posse, nam cum pactum vti cō-
 tra substantiam contractus sit nullū
 sicuti modò exarauimus, ex actu
 21 nullo, effectus nullus producitur
tex. est capitalis, quem ad id expen-
dunt communiter scribentes in l. 4.
§. condemnatum. ff. de reiud. Gram. qui
allegat concordantes cons. ciuili 95.
num. 34. imò ipso iure nullum, in
 22 *terminis in quibus versamur præ-*
conizat Vin. d. dec. 369. num. 18. vers.
 23 *In tantum, inquit legem remo-*
uere potentiam ab eiusmodi con-
tractu per tex. in l. a diuo, ff. de rit.
nupt. l. non dubium C. de legib.

Vel si afferamus contractum de
 quo agimus excedentem decimam
 24 partem pretij mensatim soluendam
 vsurariæ prauitatis labe esse macu-
 latum ex dispositione *d. Prag. 1. de*
censib. vbi Reg. Rou. num. . ponde-
 rat anticipatam solutionem iustæ
 summæ sapere vsuram, clariùs elu-
 cescit pacto in ipso instrumento ap-

posito non posse partem aduersam
 villo vnquam tempore se iuuare, ex
 25 eò etenim contractu nulla oritur
 obligatio ne quidem de iure gen-
 tium, nec de iure ciuili vlla quidem
 datur actio contra obligatos *Na-*
uarr. conf. 10. sub nu, 1. de usur. imò si
 aliquid solutum tunc extitisset, om-
 ni dubio procul, competeret repeti-
 26 tio per conditionem indebiti *Reg.*
Rou. in prag. 3. num. 2. de empt. ei ved.
 quem allegat *Vin. dict. dec. 369. n. 19.*
 qui pariter *num. 20.* scriptum reli-
 quit perpetuam esse exceptionem
 27 vsurariæ prauitatis, ac in præscrip-
 tibilem secundum *Alex. conf. 46.*
lib. 3.

Et propriùs (vt Aduersarij con-
 quiescant) sollempniter scribit per-
 doctus *Ioseph sess. in tract. inhibition.*
cap. 4. §. 2. ex num. 7. exceptionem
 vsurariam resultantem ex eodem
 instrumento (sicuti thesis nostra in-
 dicat) impedire executionem instru-
 menti non obstante alio foro Regni
 Aragoniæ quo disponitur exceptio-
 29 nem, & causam vsurariam non im-
 pedire executionem instrumenti,
 cuius memor extitit *Reg. Rouit. ad*
rubr. de instrum. liquid. in commentar.
ad prag. Regni num. 32. Dom. Reg.
Merlin. controuerf. forens. cap. 76. n. 9.
lib. 1. & pluribus exornat eruditissim.
 30 *Dom. Gait. Collega meus, imò Magi-*
 ster cui omnes meritò reuerentiã ha-
 bemus; summę etenim doctrinæ, exi-
 mios, placidosque mores adiunxit,
 pluribus allatis in *celebr. tractat. de*
credit. cap. 2. tit. 7. num. 2498. quos
 Ego adduxi in *practicis meis quæstio-*
nibus ad pract. Muscatel. pag. 657. col.
 2. vers. *Quarta,* cuius rei eam affert
 rationem *Sess. loc. cit.* quia talis excep-
 tio dicitur nasci ex ventre instru-
 31 menti, & *num. 8.* satis pulchrè tradit
 suspitionem vsuræ ex instrumento
 proficiscentem summarie esse cog-
 noscendam ad finem impediendi
 executionem, ex quo iterum de ea
 32 est cognoscendum in plenario iu-

dicio, nam si de ea non esset iterum cognoscendum, talis cognitio deberet esse plenaria secundum tradita per DD. in cap. si Clericus Laicum de for. compet.

- 33 Quinimo: Iudicem ipsum ex officio teneri impedire executionem instrumenti suspecti de usura, recenset determinationem per Sac. Conf. Capic. dec. 165. nu. 2. vers. ideo inquis
 34 fuisse ordinatum, quod agatur iudicio ordinario ibiq; Prosper. Petr. in addit. lit. B. adducit concordantem Vrsill. ad Afflic. dec. 31. num. 5. pluribusque cōglomeratis tenet D. Prof. Sac. Conf. Merlin. d. cap. 76. num. 10. vers. Hanc ergo.

Ex quibus in propatulo est, in hac causa pactum non operari ut Cliēs soluat quia nullius roboris dignoscitur, sed vel esse nullum, vti vlturariū, vel ad formam Bullæ, & prag. reducendum, adeo ut quoquē les vertat Aduersarius, vel statim succumbere debet, vel terminus in causa erit impartendus, quatenus Pars ex instrumento suam foueat iustitiam, decretisque interpositi ad eius fauorem confirmationem efflagitet.

- Sic etenim (ne videamur absque rerum iudicatarum auctoritate, hāc ad arenam descendisse) determinatum in Regno Aragoniæ quod per
 35 firmam vigore certæ confessionis iudicialis, per quam constabat de usura impediatur executio cuiusdam instrumenti comendæ, seu depositi in process. Laurentij de Sesse de anno 1598. imò per solam suspitionem
 36 resultantem ex instrumento quod sit usura fuisse impeditam executionem instrumenti bis decisum die 27. Ianuar. 1587. & iterum de anno 1593. perhibet testimoniū idem sess. d. cap. 2. §. 2. num. 9. vbi in fin. tradit eiusmodi iudicaturas sibi arridere, quia ponitur res in tuto, quousq; plenius examinetur.

Et ne Nostrates silentio obrua-

mus, adamussim idem determinatū recenset Dom. meus Prof. Merlin. controvers. forens. d. cap. 75. num. 14. (qui est finalis) lib. 1. agendum esse ordinariē, quotiescunq; vsurariæ ptauitatis exceptio ex eodem instrumento emanat subdens eleganter more
 37 suo iniquum fore executiū agi posse huiusmodi instrumento tali exceptione ex ipsiusmet ventre resultante, vulnerrato. ac eod. nu. 14. vers. Idq; generale insinuat nullam tribuendam esse vim iuramentis appositis in eiusmodi contractibus, utpotē qui contra bonos mores, nullam inducūt obligationem ad tradita in cap. Non est obligatorium de regu. iur. in 6. D. de Franch. dec. 594. num. 11. Guttier. de iuram. par. 1. cap. 11.

Ecce igitur quān futile est fundamentum, cui pars aduersa summē innititur, de eiusmodi generis contractu, instrumentoque desuper inito.

- Innotuit tamen: vim fieri ex Aduerso in contractuum correspectiuitate, ad obtinendum quod Cliens noster saltem teneatur restituere
 38 duc. 2500. effectiūē receptos, quasi quod non aliter fuisset initus contractus primus de emptione annu. duc. 560. cum capitali duc. 8000. super impositionibus gabellæ serici (de quibus initio facti hoc eod. rei spons. verba fecimus (nisi iustineretur quoq; secundus contractus de solutione ann. duc. 300. ad rationem duc. 12. pro quolibet centenario mensatim facienda, quò sit ut dummodò resilit stare contractui secundo Iacintus Moruillus, sit quoque licitum parti aduersæ à primo contractu recedere, illoq; totaliter annullato, teneatur Moruillus restituere, dictos duc. 2500; utpotē amobus contractibus exinanitis, & ad
 39 nihilū redactis. Etenim, posito, vel sublato vno, ponitur, & tollitur alterum, cum non debeant diuerso iure censerī, l. alumna, S. Scia, ff. de alim. legat.

45 *gar. l. etiam, §. ex causa, ff. de minor. di-*
citur etenim vnus cōtractus corre-
spectiuus, pars alterius correspecti-
ui, l. lecta vers. Dicebā, ff. si de cer. pet. l.
petens, C. de pact. Bart. & Bal. in l. con-
tractus, C. de fid. instr. Dom. de Fräch.
dec. 369. num. 4. Georg. alleg. 22. n. 44.
Reg. de Pont. conf. 69. num. 19. alijque
adducti per Dom. Præs. Merlin. con-
trouerf. forens. cap. 35. num. 23. in 1.
 41 *idq; perpetuum esse in actibus cor-*
respectiuis, quorum alter alterius
causa est, tenet Io. Decher. dec. 7. nu. 5.
adducens tex. in l. que oneranda, ff.
quar. rer. act. non det. & cessante vno,
cessat alter, l. filio, §. matri. l. alumna,
§. Seia, ff. de adim. lega. l. cum te, C. de
pact. int. emptor. Bald. in d. l. petens n.
 43 *C. de pact.*

Huic tamen assumpto responsum
 expetendum est ab ipsa parte, quæ
 facultatem tribuit Iacinto quando-
 eunq; reemere ad eius libitum quā-
 titatem receptam, vnde non est mo-
 do vt quæ facultatis sunt præscri-
 42 bantur, nam quod inter contrahē-
 tes ab initio fuit voluntarium, effe-
 43 ctum deinde fuit necessarium ad
tex. in l. sicut, C. de actio. & obl. vbi
 DD. communiter, & esset modo at-
 tentare quod emptor cēsus cogere
 44 possit venditorem ad extinguendū
 censum infra certum tempus, quod
 abhorrent Felician. de censib. lib. 1.
cap. 7. quest. 6. num. 17. Roder. de ann.
reddit. quest. 13. per tot. lib. 2. & Gra-
tian. discept. forens. cap. 49. num. 15.
 quibus addimus Giurb. dec. 85. n. 10.
in fin. P. Rebell. Iesuit. de oblig. iustit.
 lib. 10. de censib. in 3. condit. num. 24.
 45 De natura siquidem censualis con-
 tractus est, ne fors possit repeti vt in
 Bulla Nicolai Papæ ibi, *Per vendi-*
tiones annualium censualium quæ
mortua nuncupantur ibiq; Petr. Gre-
gor. quest. 5. num. 33. vbi Apostill.
Mastrill. num. 236. plures allegat
 aliosque congerit Giurb. d. decif. 85.
 num. 11.

Est igitur etiam à Bulla, & Prag-

mat. improbara fortis capitalis re-
 stitutio à venditore quam pars Ad-
 uersa (quasi sibi iura suffragentur)
 expetere non cessat.

46 Præterquam quod: pactum de
 retrouendendo est pars prætij ad
tex. in l. fundi partem, ff. de contrahen.
empt. cap. cum Ioannes de fid. instr. vbi
Panor. notat Tiraq. & alij adducti
per Couarr. lib. 3. uariar. cap. 10. in
princ. Menoch. de arbitr. Ind. lib. 2. cē-
tur. 2. cap. 360. num. 44. & vti disertè
 47 tradit Couarr. d. cap. 10. num. 1. pa-
 ctum de retrouendendo diminuit
 iustum prætij, quo res ipsa absq;
 ea pacto æstimanda foret, addu-
 cens nonnullos, præsertim Tiraq.
 more suo cuncta congerentem lib.
 2. de retract. conuention. in præfat. nu.
 20. & solet arbitrari eiusmodi pactū
 48 vt tertiam partem iusti prætij di-
 minuatur, vel saltem vltra ipsam non
 excedat, quod etiam tradit Couarr.
 loc. cit. num. 1. vers. *Quidam sanè.*

Adeò quod, quando dantur an-
 nui redditus cum pacto de retrouē-
 dendo, & ascendunt ad summam,
 decem pro centum contractus de-
 per se non subsistit, quia non ven-
 duntur, neq; assignari possunt ann.
 redditus ad istam rationem vt per-
 petuò stent, secundum Camill. de
 Medic. conf. 114. num. 4. qui num. 5.
 49 subdit quod isto calu pactum de-
 retrouendendo temporale, efficitur
 perpetuum, adducens Chassan. in
 consuet. Burgun. tit. de retract. rubr.
 20. num. 4. & in rubr. 5. §. 1. nu. 20. &
 21. in verb. *Sed quicquid sit sanior*
 50 *opinio, vbi dicit censum ad rationem*
 decem pro centenario esse perpetuò
 redimibilem, itaq; iudicatum in
 Curia Parisiensi, quibus innitens
 Camill. de Medic. d. conf. 114. num. 7.
 vers. *Et propter aduertit istam prætij*
 51 *iniustitiam, & læsionem tradere*
 perpetuam potestatem reemendi
 venditoribus, & assignantibus hos
 annuos redditus. Quid diceret præ-
 fatus Doctorum cætus si nostrum

potuisset consulere casum in quo agitur de soluendo ann. duc. 12. pro quolibet centenario, quod profecto quis credat? (exhorresco referens) & adhuc mensatim?

Quatenus verò artinet ad cōtractuum correspectiuitatem, aded è lōgè motiuum deducitur in re præsenti, vt vix adaptari queat, Negamus siquidem in primis mordicus cōtractum primum separatim initum à secundo, nec vna eademque hora, aut die, cum alio successiuo tēpore cōtractus intercessit, nullā inter se habuisse correspectiuitatem, quia non erant ad inuicem ac cēsoria, nec vnus regebatur ab altero, quia primum sine secundo rectè cōfistebat, aliud etenim erat instrumentum venditionis factæ per Iacintum ann. duc. 560. cum capitali duc. 8000. super impositionibus gabellæ, qui vtrique perfectus fuit statim, ac in stipulationem fuit deductus, aliud verò & penitus diuersum erat instrumentum procurationis exigendi per Iacintum eisdem introitus, & pro duc. 2500. verè solutis soluere ann. duc. 300. ad rationem duc. 12. pro centenario mensatim, soluendos cum pacto de reemendo pro eadem quantitate verè recepta, vndè correspectiuitas considerari potest ex traditis per *Cardin. Manlic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 3. num. 8. & lib. 3. tit. 3. num. 6. & 20. lib. 3. tit. 15. num. 48. & 50.* à contrario sensu perbellè prædicta explicās, alijque plures recensiti ab *Acacio Antonio de Ripoll. var. iur. resol. cap. 14* quod est eius operis postremum *tit. de execut. censual. num. 35.* verl. *Tum etiam*, & sic spes correspectiuitatis euanesuit.

Vel si gratis demus (citra tamen veritatis præiudicium) cōtractus fuisse correspectiuos, adhuc asserimus Parti minime copias præstare, auxiliares excogitatam correspectiuitatem, nam per cōtractum secun-

dum à iure canonico, & ciuili omni- que iure gentium, & naturali improbatum de soluendo ann. duc. duodecim sicuti disertè tradit *P. Salas in tract. de usur. dub. 3. Peguer. dec. crim. 30. num. 7. cum duob. seqq. vbi* Auctoritates sacræ paginæ, aliasque adducit, quos *Egomet* congesi cum alijs plurimis in *præctis question. ad Muscatell. in prax. crimin. tit. de usur. pag. 656. col. 2. vers. Est quoque sciendum* non potest dici recessum à primo cōtractu cessionis ann. duc. 560. cum capitale duc. 8000. super impositionibus gran. 5. pro qualibet libra ferici, omni iure approbato, quia quod nullum est, nullum producit effectum *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Roland. cons. 49. num. 29. vol. 4. l. non dubium C. de legi. l. pacta qua contra c. de pact. l. de pupillo §. si quis forte, ibi, nullius momenti ff. de oper. nou. nunc. l. cum hi §. si prætor aditus ff. de transact. l. nemo ff. de legat. 1. l. filio præterito ff. de iniust. rupt. 10. Igneus in l. 3. vers. si quis codicillos num. 13. ff. ad Senatuscons. Syllan. Reg. Valenz. cons. 181. nu. 25. qui prædictorū meminit,*
 52 idè etenim est quid non esse factū, aut non legitimè factum, ad *100. in l. non putauit, §. non queuis vbi Bart. ff. de bonor. possess. contr. tab. l. 1. §. quod autem vbi Bal. ff. de offic. præf. urb. & in terminis Bart. in l. pacta nouissima in 1. oppos. C. de pact. magistraliter*
 53 declarat pacta nouissima prioribus derogare, si nouissima valida sint, vnde pro comperto habemus quod
 54 nouatio quæ nulla est, præcedentem obligationem non nouat, *l. nouatione, ff. de nouat. l. 1. vbi DD. & glos. C. etiā ob chirographar. pecun. Negusan. de pignor. 3. memb. 6. par. princip. num. 3. & in casu fortiori de Ripoll. variar. iur. resol. cap. 12. num. 302. prædicta* perpendens sustinuit apertè cōtractum venditionis domus factum per minorem, si annullatus fuerit, non exindè inualidum quoq; effici
 con-

contractum locationis validum per eundem minorem factum.

Quibus mirificè adstipulatur theorema illud à Consulto proditum in l. 1. §. sed si mihi, ff. de verb. obl. 55 quod in rebus diuiduis vtile per inutile non vitiatur, vbi glos. finalis plura methodicè allegat vti notat Dyn. in regu. vtile per inutile de regul. iur. in 6. Bart. in l. Grace, §. illud nu. 3. ff. de fideiuss. & in puncto casus nostri obseruat Guttier. practicar. quæstion. lib. 2. cap. 526. num. 1. vers. Verum.

Canamus tandem receptui: quid commune habet contractus validus de per se existens ab alio improbato nullum iuris vinculum producēte? Separemus igitur ouem ab hædo; contractus improbatus tot laborans maculis suimet macerie destruat; contractus verò iuri consonans suam præferat validitatē, eamq; in iudicijs obtineat, sicuti à Peritissimis Dominis meis omni eruditione refertis determinandū, in spem ducimur ex prædictis, quæ alacri quidem animo censuræ eiusdemet Reuerendi Admodum Pat. Vincentij Pagani submittimus. Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ Neap. die 17. Februarij 1647.

His exaratis: deuentum fuit ad concordiam, qua mediante cōtractus reductus fuit ad iustum redditum ann. duc. decem pro quolibet centenatio ad formam Bullæ Nicolai V. receptæ in Regno, nec fuit habita ratio aliqua de decretis interpositis domi per Dom. Commissarium Delegatum, quippè quod Cliente non audito, nec se defendente, absq; causæ cognitione processerunt, in quibus vis fieri non debet, si Præs. de Franch. placito in dec. 158. sub num. 6. est annuendum, cui sanè concordie facilem Ego præstiti consensum vt hæctenus cōsueui, Est etenim procliuis mihi

animus, certaq; voluntas ad litium diremptionem inter Collitigantes suadendam; Scio equidem quot ærumnis angitur, quotq; malis affligitur domus illa quæ litem habet, siue Actoris vices, siue Rei parte, sustineat, sicut indicui in Annotation. ad Muscatell. par. 7. gl. final. lib. 1. pag. 545. col. 1. vers. Finalis hæc glosa. Agnoui tamen, & expertus loquor, (quod licet plures ad concordiam reduxerim) non defecerunt mihi Clientes plurimi quibus meum, (qualecumque id fuerit) præstarem patrociniū, sicuti ad præsens non infrequenti Clientum calculo Deo adiuuante operam præbeo, vt exinde Læstor dispiciat prosternendum vulgare illud effatum inter nonnullos Pragmaticos pudebundè nimis receptum. Non debere Causidicos concordiam suadere inter iurgantes, ne ipsis deficiant Xenia, mercedes, & quotidiani quæstus; Dedecet namq; Christianum hominem, talem somnari cogitatum. Deus etenim Omnipotens peruigili cura creaturis omnibus consulit, qua de re cupiditates sedari debet, & auaritia refrenari, cæteræq; animi labes expelli. Quid enim habemus quod perpetuò sit nostrum? Omnes res post nos alium, atq; alium dominum fortiuntur, & cuiusq; rei non certa, aut diuturna possessio est. Genus itidem quantumuis amplum, & illustre, adde, & Regium, finem timet, & habet.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio per edictum requiritur in præambulo hereditatis ab intestato in linea collateralis, licet alij contra.
- 2 Præambulum hereditatis regularitur à successione.
- 3 Fratres succedunt fratri ab intestato aperto iure.

4 Re-

- 4 *Renunciatio successioni, facit locum alijs per successorium edictum, auferens se de medio.*
- 5 *Extraneus efficitur renunciatio successioni bonorum quo ad bona ipsa.*
- 6 *Mortuus reputatur renunciatio successioni bonorum, quoad successionem bonorum renunciantium.*
- 7 *Existere, & non posse succedere, vel non existere, paria iudicantur in iure.*
- 8 *Renunciatio à Monacho debet fieri ante duos menses Professionis cum requisitis per Concil. Trident. sess. 25. cap. 17. sub tit. de Regular.*
- 9 *Renunciatio facta à Monacho tempore, vel intuitu ingressus religionis sit nè realis, vel personalis indicanda.*
- 10 *Renunciatio in beneficium fratrum intelligitur cum clausula Rebus instantibus, & si noua causa non superuenierit.*
- 11 *Renunciatio censetur facta in dubio contemplatione fratris, ut eo mortuo deficiat, & nu. 18.*
- 12 *Renunciatio non se extendit ad causam superuenientem ob mortem fratris, nam de ea cogitatum non censetur.*
- 13 *Renunciatio non impedit renunciante eiusq; filios succedere ex iure superuenienti.*
- 14 *Renunciatio generalissima non comprehendit ius futurum, etiam si esset dictum quod renunciatur omnibus iuribus, quæ habere sperat.*
- 15 *Renunciatio in beneficium fratrum, eorumq; heredum contemplatione peracta, si renunciatarij premoriuntur renuncianti, euanescit renunciatio.*
- 16 *Persona deficiente in cuius beneficium facta fuit renunciatio, non extenditur ad alias personas renunciatio.*
- 17 *Mortuo renunciatorio, cessat renunciatio siue tacita, siue expressa, tanquam causa cessante.*
- 19 *Renunciatio est stricti iuris, nec in ea veniunt, nisi quæ expressa sunt, ideoq; restringenda, & n. 21.*
- 20 *Notarij concipiunt verba renunciationis cum parua causa cognitione, & ex quadam consuetudine apponunt clausulas pleniores, ad quas Partes ne quidem cogitarunt.*
- 22 *Interpretatio fieri debet in casu renunciationis, ut potius presumatur error, quam renunciatio.*
- 23 *Iuri suo renunciare non presumitur quis in dubio.*
- 24 *Mens contrahentium ex proemio contractus colligitur ex quo causa finalis renunciationis elicitur.*
- 25 *Renunciatio hereditati paterna, & materna, non comprehendit fratrem.*
- 26 *Exclusio restringi debet ad causam exclusionis.*
- 27 *Renunciatio verbis pregnantibus concepta scilicet. Quomodocumq; Qualitercumq; & à Quocumq; non operatur, ut censetur renunciatum hereditatibus spectantibus, & in futurum spectandis.*
- 28 *Renunciatio si fiat iuribus competentibus, & competituris, intelligitur in iuribus competituris ex causa de presenti, & inspecto statu presenti, & nu. 30.*
- 29 *Remissio iuris quod quis habet, & habere sperat in futurum, non comprehendit nisi ius quod quis habet ex causa de presenti.*
- 31 *Renunciatio iuri quod quis sperat, non comprehendit spem succedendi ab intestato.*
- 32 *Generalis renunciatio restringitur ad causam ob quam facta fuit renunciatio.*
- 33 *Renunciatio unius non inducit renunciationem alterius etiam in eadem re.*
- 34 *Renunciationis cuiuslibet materiae odiosa.*
- 35 *Renunciatio minus obesse renunciati, iudicandum est, quam sit possibile.*
- 36 *Decretum Mag. Cur. Vicar. in beneficium fratris ab intestato succedentis recensetur.*
- 37 *Verba contractus sunt accipienda, ut sonant.*

- 38 *Donationis verbo non comprehenditur renunciatio.*
- 39 *Verba sunt accipienda prout iacent.*
- 40 *Consuetudo loquens de plaustro viui, non extenditur ad plaustrum olei.*
- 41 *Destrueto fundamento, corrui adificium.*
- 42 *Donare in dubio nemo videtur, quia non presumitur iactare suum.*
- 43 *Renunciatio quam primum aliquid operata est, nihil amplius operari debet.*
- 44 *Renunciatio est quadam dilapidatio, que non est presumenda.*
- 45 *Bal. in conf. 437. in 2. dub. vol. 2. passim allegatur in materia renunciationis.*
- 46 *Renunciatio quamuis generalissima, & cum omnibus clausulis, que cogitari possunt, si fuit facta tempore, quo fratres vivebant, presumitur eorum contemplatione facta, & proinde eis mortuis absq; testamento, & descendentibus, non officit renunciatio.*
- 47 *Scipio Rouit. Reg. conf. 23. in 1. adducitur pro singulari in materia renunciationis fratris.*
- 48 *Renunciatio facta non obstat ei qui succedit ab intestato, etiam si in beneficium fratris fuisset facta renunciatio eam recipientis pro se, & heredibus.*
- 49 *Dotatio unica sufficit in Ciuitate Neapol. ad hoc vt femine excludantur a successione omnibus.*
- 50 *Renunciatio facta occasione recepte dotis, censetur realis, & omnimoda.*
- 51 *Mutanda minimè sunt, qua à Senatibus certam receperunt determinationem.*

ARGUMENTVM:

Decretum aditionis hæreditatis quod Pragmatici nostri Preambulum vocant, est in-

terponendum in beneficium proximioris in gradu, qui aperto iure ad successionem defuncti admittitur, non obstantibus oppositionibus eius, qui vltiori in gradu existere proponit.

Donationem non benè confūdī cum renunciatione, eamque tum inspecta verborū natura, cum contrahentium mente, à renuuciatione factis differre, Verba etenim accipi debent in sui proprio, & strictu significato, nec desumenda est interpretatio, vt menti & intentioni contrahentium verba repugnent, vel contractum ipsum subuertere videatur.

Renunciationem (etiam si detur) eamdem esse, ac donationem, non extendere tamen vires suas extra causam, & personas, quarum contemplatione facta secer nitur, si personæ contemplatæ prædecesserint renunciāti quibuscumq; verbis, & clausulis generalibus, & prægnantibus ea concepta fuerit, eò fortiùs si de succedendo ab intestato ageretur. Renunciatio siquidem stricti iuris censetur, & rebus in eadem statu permanentibus, illaq; à causa re-

T t gu-

gulatur, quæ potentior, ac finalis (vt aiunt) fuit ad renunciandum, quò circa nonnulla non in scitè adducuntur, enucleanturq;

- Dotationem in Ciuitate Neapolis vnicam sufficere ad excludendum mulieres à quibuscumq; successionibus dotatam, realemq; iudicari renunciationem omnem, quæ ex causa dotationis emanat, sicuti renunciatio facta ob ingressum religionis passim realis enunciatur, pluresq; determinationes in casibus currentibus adducuntur.

P R O

Regali Monasterio S.
Mariæ de Carmelo
huius Fideliss. Ciuitatis.

C V M

Laura Ferraiolo.

C A P. X X X I X.

SVB VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.

Atrato immanissimo homicidio in personam Ioseph Ferraioli probi, ac timorata conscientia viri, à scelestissimo quodam, nullo prouocato impulsu, nullaque præcedentis iniuria aculeo laceffito, solùm animo diabolico instigato, spirituq; nequam ducto, quiq; temerè ausus fuit super Innocentiss. sanguine fædas deturpare manus, eoquè Iosepho ab intestato diem functo, nullis relicis filijs, sed superstite dumtaxat germano Fratre Admodum Reuerendo Patre Magistro Fratre Ioseph Ferraiolo Religioso Ven. Religionis Carmelitarum, ex cuius persona Regale Monasterium Sanctæ Mariæ de Carmelo huius fidelissimæ Ciuitatis petijt in Mag. Cur. Vic. stante informatione capta de morte, interponi in eius beneficium decretum, quod denominatur *Praambulum*, accedente quoquè citatione expedita per edictum (licet *Carau.* optimus enucleator Rituum ipsius Mag. Cur. in *Rit.* 181. num. 4. vers. *Benè tamen* fidè præstiterit ad instantiam fratris, ne quidem citationem esse necessariam, itaque consueuisse fieri, ipsūque audiuisse à Dom. Cæsare Luciano, cum esset Iudex ipsius M. C. Vic. cuius memor extitit *Dom. Reg. Sanfelix. decis. 210. num. 3.* pluraque edocuit *Dom. de Franck. decis. 204. in princ.* quos Ego conglomeraui in 1. vol. mearum *discept. forens. cap. 13. num. 75. & 76.*

Quod sanè præambuli decretum nullo lure denegari posse, stante proximioritate ipsius P. Magistri, ac

ca-

capacitate successionis Religionis Carmelitarum, cum reguletur præambulum à successionem, ad quam post descendentes, ascendentesque aperto, solidoque iure vocantur fratres in secundo gradu existentes per *tex.* qui non potest cauillari, in *Auth. cessante C. de legit. hered.* vbi *Repet.* communiter, & in corpore, vnde sumitur in *S. reliquum in auth. de hered. ab intest. venien.* haud hæsitandum existimo.

Vim tamen facit ad impediendā decreti præambuli interpositionem Laura Ferraiola in 4. & sic vteriori gradu se coniunctam, asserens defuncto, instans ipsam admittendam esse ad illius successionem, nam licet eam in gradu antecedit Pater Magister, & ex ipsius persona eius Religio, attamen pacto se exclusisse contendit, dum in sæculo ageret, eò quod in beneficium defuncti fratris, eiusque hæredū de anno 1623. die 3. Martij publico intercedente, instrumento, generalibus enixisq; verbis (quibus maximè innititur) renunciauerit. Ad quod assumptum probandum, vt Nos Aduersariæ copias præstemus auxiliares asserimus posse allegare, quod pacto ipso, ac renunciatione obstante sustulit se de medio Pater Magister, & locum recit alijs in successionem per successorem edictum, l. 1. §. quibus diebus, ff. de successor. edict. vbi glos. in rubr. & in l. 1. verb. ex edicto, C. eod. Napod. in Consuet. sed si morienti in glos. Ipsi successores num. 36. & in Consuet. si quis emit sub tit. de Iur. congr. nu. 12. vers. & dici potest, Castrens. conf. 165. in princ. vol. 1. Adeo quod effectus fuit pænitus extraneus, secundum *Minad. decis. 26. num. 2.* Immo oro mortuo reputatur Napod. in consuet. si quis, vel si qua glos. In bonis omnibus num. 195. vbi notant Io. Angel. Pisanel. & Marin. Frecc. in addit.

7 Paria enim in iure sunt non existere, & non posse succedere, l. si pluri-

bus in princ. ff. de legit. hered. l. pater filium, ff. de inoff. test. cum alijs nonnullis, quæ Egomet in dicta mea semicentur. cap. 12. num. 3. & duob. seqq. adnotauit.

Quæ tamen (& si vera sint) longè tamen falluntur (ni ipse fallor) ij, qui casui de quo agimus, ea, vel similia adaptare enituntur, Vt quæ protenso, quasi digito, omnium oculis nitidam hanc veritatem subijciamus, operæ præmium esse duximus, tenorem contractus reassumere, vt exinde facilis pateat aditus Dominis meis controuersiam dirimere, ibi, etenim fit assertio inter Matheum Ferraiolum, nunc Fratrem Iosephū, cum Iosepho ipso nuper è viuis excesso, Io. Angelum communem patrem diem suum clausisse extremū, nulla facta dispositione, in eiusque hæreditate remansisse duc. 1500. vel circa in tot Corijs, cum onere soluendi duc. 600. Ioannæ Langellæ eorum matri in satisfactionem eius dotium, & antefati, fuisseque postmodum hæreditatem prædictam, auctam mediantibus industrijs, ac laboribus ipsius Iosephi defuncti, aliorumque fratrum in duc. 2500. à quibus deductis prædictis ducatis 600. dotium, & antefati eorum matris, remansisse duc. 1800. Quibus distributis in quinque portionibus pro numero fratrum, cuiuslibet ratam ascendere ad duc. 380. (declarauit tamen P. Magister recepisse ab eius fratribus duc. 120. vltra alias expensas in eius beneficium erogatas) adeo quod eius portio redacta fuit ad summam duc. 260. pro totali eius ratæ portionis satisfactione, ideo pluribus ex causis donationis titulo prædictis eius fratribus elargitus fuit præfatos duc. 260. ac etiã partem, & portionem in futurum sibi competentem dictarum dotiū, & antefati, ac alia iura, actiones, successiones, & hæreditates spectantes etiam in futurum, quomodocumq;

qualitercunque, & à quocunque, cum onere tamen eius fratribus in iuncto soluendi singulis annis duc. 15. vita ipsius durante.

Deindè : in Verbis dispositiuis perficit donationem in beneficium fratrum respectu dictorum ducatorum 260. ad ipsum spectantium pro saldo dictę eius portionis paternę, ac pariter donat portionem sibi tangentem quoad dotes, & antefatum in assertione enunciata, ac etiam, (sunt ipsissima verba contractus) *quæuis alia iura, & actiones, hereditates, & successiones ad ipsum Mattheum spectantes, nunc, & in futurum, vt supra expressum est.*

Et de anno 1624. die 17. Decembris, & die 19. Februarij 1628. existente iam professo P. Magistro declarauit recepisse annatas duc. 15.

Hęc est facti series : circa quam obiter prænotandum censui donationem prædictam non fuisse factam ipsius Religionis ingressus intuitu, vel existente P. Magistro nouitio ante duos menses Professionis cum requisitis ordinatis per Sacrosanctū
8 *Concil. Trid. sess. 25. cap. 16. sub tit. de Regular. cuius germanum sensum bene post classicos interpretatur Narbon. de atat. ann. 17. quæst. 3. per tot. vnde non est locus disceptationi aliàs ortæ inter DD. si eiusmodi renunciatio sit nè realis, vel personalis iudicanda, ad tradita per D. de Franck. dec. 375. Reg. de Pont. conf. 39. lib. 1. Reg. Rouit. conf. 42. 43. 44. & 46. lib. 1. & dec. 10. Dam. Conf. Throd. alleg. 36. & 37. P. Malfes. ad consuet. Neap. tit. de renunciat. par. 4. quæst. 17. D. Reg. Merlin. controuers. forens. centur. 1. cap. 3. per tot. cap. 5. & cap. 8. Reg. Capyc. Galeot. respons. singul. in propria causa edito cū illis de Cuomo n. ex quorum dictis dissidentes seceruntur opiniones, quæ perspicaciora currentis sæculi aded torterunt Nostratum ingenia, vt modò in vnâ, modò in alteram iueriat sententiã,*

Nec ex contractu verbum vllum agnoscitur renunciationis, sed (citra præiudicium veritatis) dato quod renunciatio generalissima intercesserit, dum in fata concesserint omnes fratres, In quorum beneficium fuit generaliter donatum, siuè renunciatum, nec eorum filij remanserint, dum P. Magister solus est in gradu proximior, renunciatio illi non obstat ; Intelligitur siquidem renun-
10 ciatio, rebus sic stantibus, & si noua causa non superuenerit, secundum celebrem doctrinam Roman. in l. unica in 7. quæst. C. quando non petet. part. Alex. in l. qui Romę. S. duo fratres num. 60. vers. Istam partem. ff. de verb. oblig. Curt. sen. conf. 48. num. 41. Buttigell. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 36. ff. de verb. oblig. addens in
11 dubio renunciationem factam censeferi fratris contemplatione, vt eo mortuo deficiat, arg. l. quod seruius, ff. de condit. ob caus. cū ibi notatis per Reg. Valenz. conf. 17. num. 38. qui ad id probandum expendit Alex. conf. 29. n. 9. lib. . Dec. conf. 31. col. 1. & fin. Socc. conf. 34. num. 4. vel. 4. & Rol. à Vall. conf. 26. num. 34. lib. 3.

12 Nec ad causam superuenientem ob mortem fratris sine filiis renun-
ciatio extendit vires, cum de ea cogitatum non censeatur, vt per sex. in l. Paulo Callimacho. S. 1. de legat. 3. dicit Bart. conf. 58. num. 4. Feder. de Senis conf. 77. prope fin. Bero conf. 508. num. 14. lib. 1. Hyeran. Gabr. conf. 89. num. 11. vers. Quibus qui in nostris
13 ferè terminis, inquit, eiusmodi renun-
ciationem non impedire eum, qui renunciavit, aut eius filios succedere ex iure superuenienti, allegans Bart. nedum dicto conf. 58. verum etiam in d. S. duo fratres quæst. 10. ibiq; Alex. col. pen. Aret. col. fin. Ias. col. pen. num. 79. qui testatur de communi. Rip. num. 89. in 3. conclus.

Cui equidem sententię adducto Gabriel. in d. conf. 89. inhaeret appostissime lo. Vina. Honded. conf. 36. num.

18. *verf. nec ex eo, & num. 20.* tradens præfata procedere & si renunciatū fuerit Iuribus, quæ renunciāns habebat, & habere sperabat, & de *Honed. meminit Consil. Ann. in addit. ad sing. Io. Vinc. Ann. eius patris 439.* quiquidem *Ann. pater in d. sing.* tradit
 14 renunciacionem generalissimam nō comprehendere Ius futurum, etiam si esset dictū omnibus Iuribus, quæ habere sperat, adducens *Corn. cons. 8. vol. 4. Aret. cons. 3.* aliosquē non languidæ fidei Authores, subdens itā fuisse iudicatum in causa Ducis Urbini cum Regio fisco, & de *Ann. memor extitit Prosper Petr. in Annot. ad Capyc. dec. 190.*
 Ad stipulatur prædictis, nam (dato non tamen concessō) quod donatio, seu renunciatio generalissima fuerit (prout pars plenius sibi prospiciens effingere potuisset) nonnē inuita etiam Minerua, fateatur necessē est, eam peractam fuisse contemplatione fratrum eorumque hæredum, & successorum? quō fit vt ijs præmortuis, ipso viuente P. Magistro, successore in gradu proximiori existente euanescat, ex traditis per *Crauet. cons. 142. num. 7.* vbi notat
 16 quod non existente, aut non succedente persona cuius contemplatione, renunciatio facta est, non debet ad alios extendi, prout benè obseruat in terminis terminantibus *Reg. Valenz. cons. 17. num. 33. verf. Nec ob-*
 17 *stabit dicere,* inquit, quod per mortem illius, cui fuit facta renunciatio, siuē tacita, siuē expressa, cessauit effectus renunciacionis tanquam causa cessante, & ex *Anto. Gomez. in l. 12. Taur. num. 12. verf. Sed teneo contrarium, & tom. 1. variar. cap. 23. Tell. Fernandez in l. 6. Taur. num. 4. Couar. in c. quamuis par. 3. S. 3. num. 4.* tenet idemmet *Reg. Valenz. num. 37. & 38.*
 18 addens in dubio renunciacionem factam censerī fratris cōtemplatione, *Masull. ad Capyc. d. decis. 190. nu. 80. Episcop. Ricc. in addit. ad decis. 67.*

Dom. de Franch. in fin. Crau. d. cons. 142. Dec. cons. 626. & 683.

Cuius rei eam expendunt rationem, quia renunciatio est stricti Iuris, vndē satis pulchrē *Dec. cons. 379. nu. 3. verf. Et pro fundamento* inquit, istam renunciacionem esse stricti iuris, & in ea non venire, nisi ea, quæ expressa sunt, *Cassan. cons. 58. Tiraquell. latē de more de retract. consang. S. 1. glo. 9. verb. Aut consanguineus nu. 161. Vrsill. ad Affl. dec. 349. num. 1.*
 20 nam tales renunciaciones sæpē hūt cum parua causæ cognitione, & ex quadam consuetudine, Notarii apponunt clausulas pleniores, ad quas partes non cogitarunt, ideoquē non obesse tradunt *Bal. Angel. Cardin. Florent. Tiraqu. & Becc. quos probat Eugen. cons. 13. num. 42. Gayll. videntus lib. 2. cap. 77. num. 5. & 6. reddens*
 21 rationem, quia hæ renunciaciones sunt semper restringendæ, *Surd. cons. 431. in fin. Reg. Galeot. cons. 1. V. lustr. lib. 1. cap. 42. num. 24. cum duobus seqq.* qui tradit semper illam esse factā
 22 ciedam interpretationem, vt potius præsumatur error, quam renunciatio, adducens plures alios, quibus addimus nos *Francisc. Ansaldo. cons. 142. num. 268. verf. nam clausula, Horat. Giouagnon. cons. 100. nu. 47. lib. 1.*
 23 subdens renunciacionem non præsumi si non legitur, Non etenim in dubio præsumitur quod quis velit iuri suo renunciare; adducens *Bald. in l. 1. in vlt. natab. C. de edict. Diui Adr. toll.*

Vtteriū, asserimus: causam finalē donationis, siuē renunciacionis à fratribus P. Magistri expetitam, non, aliam fuisse, nisi illum excludendi à quid amplius de hæreditatibus paternis, & maternis petendo, vt pater
 24 ex prohæmio contractus, ex quo colligitur causa finalis renunciacionis secundum *Bart. in l. fin. ff. de hæred. inst. per illum rex. in l. 1. in princ. ff. ad Macedon. cum concord. Alex. cons. 7. col. 2. lib. 2.* Est igitur renunciatio

re-

25 restricta tantum ad hereditatem paternam, & maternam, sicuti scribit *Aretin. conf. 163. col. 4. & 5. adducens tex. in l. cum pater S. dulcissimis, ff. de leg. 2. Aug. conf. 190. Dec. dict. cōf. 370. num. 5. & 6. vers. & ideo facti, hanc sententiam ex alijs Iuribus comprobans satis ad rem nostram, ergo dū nulla fit mentio hereditatis fraternæ, merito ad ipsam, renūciatio nequit se extendere, nam limitata cau-*

26 sa, limitatum producit effectum, & exclusio restringi debet ad causam exclusionis *l. cancellauerat ff. de his qua in testam. delen.* At in thæli nostra donatio fuit ob hereditatem paternam, & maternam, merito restringi debet ad illas, non autem ad fraternas, sicuti obseruat *Bal. in l. 5. C. de leg. h. hered. per glos. ibi, & notat Petr. de Ancharan. conf. 79. Cassan. conf. 69. nu. 13. & 14. Regens Valenz. d. conf. 17. num. 41. ver. nam semper.*

Nec quidquam operantur verba illa generalia in contractu apposita, quæ (Achillæum quasi propugnaculum) Aduersæ partis defensores pro victoria aucupanda extollunt, verba ponderantes dum donatio fit hæ-

27 reditibus spectantibus, & in futurum spectandis, & (vt propria designem verba) *quomodocūque, & qualitercūque, & à quocūque*, ex quibus pars aduersa sibi blandiens, suadere nititur extendi etiam donationem ad hereditatem fraternam, ex traditis per *Bart. in d. l. qui Rome, S. duo fratres in 6. quest. ff. de verbor. oblig. nam vt bene occurrit Dec. d. cōf. 376. nu. 10. & 11.* talis donatio etiam si esset renunciatio, restringi, & limitari debet secundum causam renunciationis expressam, & sic ad hereditatem paternam, & maternam (vti modo diximus) itaque sunt accipiēda verba illa generalia, & prægnantia iuxta mentem *Dec. qui strictius Arma sumens d. nu. 11. vers. Præterea* inquit, quod etiam si renunciatio

28 fiat Iuribus competentibus, & competituris, debet intelligi in Iuribus competentibus, & competituris debet intelligi in Iuribus competituris ex causa de præsentis, & inspecto statu præsentis, vt tradit *Annotatio ibid. lit. A. & notat Bart. in l. qui cum tutoribus in principio, ff. de transact. & in l. post emancipationem, S. illud ff. de liber. lega. quod ille, qui remittit lus,*

29 quod habet, & habere sperat in futurum non videtur remittere nisi id quod habet ex causa de præsentis *Affl. decis. 349. nu. 4. vers. bene facit, inquit, quod ista renunciatio totius iuris, quod habet, & habere sperat, licet trahatur ad iura futura, tamē intelligitur de iure futuro quod renuncians habere sperat ex aliqua*

30 causa subsistente de præsentis, per *tex. in l. quod Seruius, ff. de condict. ob caus. & in l. 1. ff. de statu liber. & ista est spes, quæ potest cedi, vt in l. spem, C. de donat. & in terminis ferè individualibus, Bart. in l. si uxor, S. diuus, ff. de adulter. & in l. fin. in fin. C. de pact. cum simil. relatus à Dec. d. n. 11.*

31 inquit, in tali renunciatione non considerari spem succedendi ab intestato. proin satis clarè elucescit generalitatem verborum, & clausularum minimè parti suppetias ferre, cum metienda sit eiusmodi generalitas à causa, ob quam facta

32 fuit renunciatio, quæq; expressa, & finalis fuit, ad quam generalitas restringitur, & vti tradit *Vrsill. ad Affl. d. decis. 349. in princ. renunciatio vnus non inducit renunciationem alterius, etiam in eadem re, per tex. in l. si domus, ff. de seruit. rustic. prædior. etiam si verbis generalibus facta sit Berlich. practicab. conclusio. conclus. 19. tit. de intercess. mulier. num. 12. per tex. in l. iubemus, C. ad Velleian. vbi Bart. num. 5. Hartm. Pistor. lib. 3. quest. 16. num. 1. sub fin. & num. 10. id quod oriri autumat Reg. Valenz. d. conf. 17. nu. 32.*

quia

34 quia omnis renunciationis materia est odiosa, adducens, *tex. in d. l. si domus, & in l. si prius, ff. de aqu. plu. arc. cum alijs pluribus, sicuti nec prodesse solet repudiatio, aut renuntiatio hæreditatis vni ex hæredibus facta, alijs cohæredibus; ex traditis per Castrens. cons. 252. num. 2. in medio, vers. Quia fecerunt eam lib. 1. Boer. dcc. 184. num. 4. vers. Ipsi patri, & seq. secundum quæ determinarunt de anno 1614. Lipsenses apud Berlich. dec. 18. per tot. adeò quod*

35 renunciatio minus obesse iudicandum est renuncianti, quàm sit possibile. *Benintend. dec. 32. num. 6. & in re præsentì nedum apparet donatio restricta quòdã causam, sed etiam quòdã personas.*

Profiteor ingenuè: prædicta potius vt Clienti benemerito meam expetenti operam, morem gererem, exarasse, quàm quod agnoscerem opus ijs fuisse ad præambuli decretum obtinendum; Expeditam etenim atq; claram rem à principio celsi, (nec incassum) meis siquidem placitis vtpotè in iure indubitatis, annuit Rota Magnæ Curie quæ mediante decreto ordinavit *Esse inter-*

36 *ponendum decretum præambuli in beneficium Regalis Monasterij, saluis iuribus parti in iudicio ordinario, ac præstita cautione laicali de restituendo bona in hæreditate remansa in casu succumbentia.*

Quo sanè decreto interposito, parte ipsa plenius audita nedum in Mag. Cur. verum etiam coram Domino meo Consiliario Muscettula Delegato Venerab. Religionis Carmelitarum, qui exequutioni demandari iussit decretum prædictum præambuli, etiam quia bona hæreditaria gubernio indigebant, dum modò ad instantiam partis prouocantis à decreto prædicto est verbum faciendum in Sac. Cons. nixus est eius Defensor iniustitiam decreti detegere ex nonnullis assumptis, quæ (lato

licèt calamo adnotauerit) in nihilo nobis officere, imò ex ijs magis atq; magis Monasterij iustitiam commòstrari, cespitanter adnotabo.

Assumit etenim primo in facto; P. Magistrum licèt donationis verbo vsus fuisset in contractu in actis deducto, atramen donationem ipsam sapere renūciationem. Bone Deus? Cui non fit obuium hoc esse vim inferre contrahentium placitis, & verba ipsa contractus subuertere? quæ tritū est debere intelligi prout

37 sonant *tex. est apertus in l. non aliter, ff. de legat. 3. tradit Bart. in l. pater filium num. 2. ff. de inoffic. testia. Abb. in cap. in omni num. 4. glos. verb. Secularibus de testib. Gregor. Lopez post multos, qui expendit tex. in l. 1. S. qui in perpetuum, ff. si ager vectig. vel Emphyteut. per. si verba important*

38 donationem, de qua plures sunt tituli in Pandectis, & Codice, quo pacto suaderi potest quod important renunciationem, quæ peculiaribus fulcitur legibus? vnde inquit *Gabr.*

39 *cons. 168. quest. 4. num. 66. verba accipi debere prout iacent, quæq; in re nostra adeò manifesta sunt, vt còtradictionem menti, & intentioni contrahentium à parte excogitatam minimè admittant, sicuti ex pluribus fundat Reg. Valenz. cons. 63. nu. 158. adducens tex. in l. ille, aut ille, S. cum in verbis, ff. de legat. 3. cum concord. & facit celebris glos. in l. 1. C. quæ sit long. cons. quod consuetudo loquens de plaustro vini, non*

40 *extenditur ad plaustrum olei, quam summè commendat And. de Iser. in cap. 1. num. 3. de Capitul. Conrad. Præterquam quod ex diuersis non fieri illationem, vulgatus est tex. sed insignis in l. Papinianus exuli, ff. de minor. Vtq; intinuemus ad oculum, quantum Pars ipsa sibi blandiens deficiat in salutari, in puncto adducimus, Pau. de Cast. cons. 135. num. 3. vers. Sed si dicamus quod sit donatio, & seq. lib. 1. & in l. si actionem 124. nu. 2. vers.*

verf. *Quia videtur, C. de pact. Iaf. in l. sicut maior, num. 2. C. de repudiat. hered. num. 2. verf. Sed dicat, & seq. Bal. in l. pactum 3. num. 13. verf. Quod est verum nisi apparet, C. de Collatio. & in fin. verf. Donationis, qui docent quod si quis vni ex hæredibus suam portionem non renunciat, sed donat, & ità verbo donationis vritur, tunc præsumptio est, quod hoc illi soli, & non etiam alijs profic, quibus innixus *Matthias Berlichius* egregius Iure consultus in *dec. 17. num. 6. & 7. par. 1.* deducit conclusionem quod licet communiter renunciatio hæreditatis vni ex hæredibus facta, profic etiam alijs, fallit tamen, & restringenda venit si ex coniecturis apparet quod contemplatione illius solius fuerit facta, & pro coniectura potiori (quæq; rei nostræ maximè quadrat) eâ extollit si vsus quis fuerit verbo *Donationis*, non autem renunciationis, subdiens non esse casum dubitabilem, *tex. est elegans in l. quecumq; 11. ff. de oblig. et actio. §. 1. et tot. tit. in sit. per quas person. cuiq; acquirit. l. stipulatio 38. §. aliter 17. ff. de verbor. oblig.**

Destructo igitur partis fundamēto totum eius ædificium de renunciatione translatiua, & extinctiua, super quo membranas occupavit, corruat necesse est: in sinuante *tex. in*
 41 *l. enm qui gdes, ff. de vsucap. cap. cum Paulus 1. q. 1.*

Adstruit secundo: omninò se voluisse excludere à successione Fratrum, P. Magistrum, ità quod nunquam possit succedere.

At qui non agnoscit verba contractus tale propositum minimè demonstrare; imò totum contrarium? & certant pro nobis iura suadentia non esse verisimile quem iuri suo renunciaffe, quia si renunciatio habet vim donationis, equidem donatore nemo videtur, quia non præsumitur iactare suum ad *tex. famigeratum in l. cum de indebito, ff. de prob.*

ideoq; arctioribus probationibus conuincendum ex multis docet *Masciar. de prob. conclus. 1265. num. 3. et 4. vol. 3.*

Et sicuti: pulchrè satis (quasi rem nostram determinans) inquit *Curt. iun. cons. 23.* strictè admodum intelligenda est renunciatio, vt quamprimum aliquid operata est, nihil
 43 amplius debeat operari. *Cardin. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. 1. §. si impubere, ff. de collat. qui Curt. recenset, atq; sectatur.*

Proin *Decian. cons. 33. num. 46. & cons. 45. num. 11. in 2.* tradit renunciationses esse stricti iuris, & strictè interpretandas vbi *num. 4. d. cons. 45.* notabiliter inquit quod renunciatio
 44 est quædam dilapidatio, quæ non est præsumenda, operata igitur dum fuit donatio facta per P. Magistrum vt se excluderet ab hæreditibus paternis, & maternis, in cæteris strictè accipienda venit.

Contendit tertio Aduersarius in eius allegatis: donationem fuisse renunciationem, eamq; realem, ità quod etiam præmortuis fratribus, ne quidem admitti possit P. Magister, ad quod theorema probandum verba plurima effundit, textus adaptat, & DD. placita, signanter *Reg. Rou. peculiaribus in locis subnectit.*

Verum enim verò: contra stimulum calcitrare perquam durum est; nonnè suimet maceriè destruitur eiusmodi asseueratio, si dicamus toto cælo abesse, vt donatio in actis deducta censeatur renunciatio, sicuti ad suum sensum Aduersarius trahit? Certè sic: ex ijs quæ modo exarauimus.

Sed ad euellendum cardinem hunc tam tenaciter infixum in petore Aduersarij, *Baldum* appello in
 45 *cons. 437. incip. Quædam puella in 2. dub. vol. 2.* quod vti famosum à quâ plurimis Doctoribus extollitur, vbi
 46 inquit quod renunciatio quamuis
 ge-

generalissima, & cum omnibus clau-
lulis, quæ cogitari possunt, si fuit fa-
cta tempore quo fratres viuebant,
præsumitur eorum contemplatione
facta, & proinde eis mortuis absq;
testamento, & descendantibus non
officit renunciatio, in quam senten-
tiam iuerunt *Crav. conf. 42. & 241.*
num. 7. & 251. vers. Secundo etiam,
Gabr. de iur. dot. concl. 1. num. 35. Beer.
dec. 201. num. 27. Afflict. in cap. si quis
inuestierit num. 25. de feu. dat. in vim
leg. commiss.

47 Quorum plura? ut (clauum cla-
uo tradamus,) noster sit iudex idem
Reg. Ron. (quem pro se Pars addu-
cit) qui adeò clarè nostram turatur
opinionem in *conf. 23. num. 21. vers.*
Hæc autem renunciatio, ut plures DD.
adduxerit ad eam comprobandum,
& uti singulare; prædictum Baldi
consilium præconizarit, subdens
idemet *D. Ronit. vers. Attamen* quod
ità indistinctè fuit iudicatum in *Sac.*
Conf. absq; vlla hæsitatione, enarras
casus peculiare in causis illorum
de Venati, Antonij Caponi, & illo-
rum de Suriano, qui num. 22. in casu
fortiori pro nobis concludit, in quies
48 renunciacionem factam non obsta-
re ei qui succedit ab intestato, etiam
si in beneficium fratris fuisset facta
renunciatio, eam recipientis pro se,
& hæredibus, (hicq; casus est no-
ster,) cui arridet *Loffr. in cap. 1. de*
natur. success. feu. col. 3. vers. Sed pone
quod dicta renunciatio plenè Reg. de
Pont. conf. 39. num. 1. & 2. qui distin-
ctionis frædere dissidentes Doctores
conciliare satagens, inquit quod cõ-
trarium tuentes intelliguntur quã-
do is qui recepit renunciacionem,
deceserit cum descendantibus, vel
condito testamento, secus si sine de-
scendantibus, & ab intestato.

Ex quibus nemo non videt quàm
debilibus fundamentis adducta ex
Aduerso sustineantur etiam in casu
quo adesset renunciatio, eòq; magis
in thesi nostra, in qua de ea nulla
adest mentio.

Vtq; canamus receptui; probè
collineat ad exclusionem partis, id
quod in facto post expeditum de-
cretum præambuli repertum est,
Lauram ipsam, filiam Anelli Ferrai-
oli fratris vtrinque coniuncti Io-
annis Angeli, ex quo descendit P.
Magister nedum esse in gradu vl-
teriori Iosepho defuncto, Verum
etiam semetipsam exclusisse de an-
no 1596. die 29. Aprelis mediante
amplissima renunciacione facta om-
nibus successioneibus ab intestato
deuoluendis, ac iterum in secundis
nuptijs sicuti ex process. fol. 17. 18.
& 19. quæ renunciatio modo pro-
ducitur nedum ad confirmationem
decreti præambuli, verum etiam ad
totale eius prætensionis exitium, ac-
cedente quoque clara, & inconcussa
obseruantia in hac fidelissima Ciui-
tate iam dudum in Tribunalium
Supremorum subsellijs recepta,
quod ad finem excludendi mulie-
res à quibusuis successioneibus, suf-
ficit vnica dotatio, refert determi-
49 nationes *Anna alleg. 80. & 82. D. de*
Franch. decis. 87. & 307. Reg. Ron. d.
conf. 23. num. 19. vers. Vnde in casu
nostro quorum Ego memor extiti in
d. 1. semicent. cap. 12. nu. 98.

50 Quæ quidem renunciatio facta
occasione receptæ dotis, quando
Laura nupsit, censetur realis, & om-
nimoda, ex traditis per *Dom. de*
Franch. dec. 375. num. 5. relatus à
Mastr. dec. 65. num. 11. 12. & 15. quæ
benè callens Sac. Consil. mediante
diffinitiva sententia Lauram ipsam
petentem admitti ad successioneem
excluit, sicuti in iure expeditum es-
se ut renuntians successionei non ex-
cludatur per eos qui illius succes-
sioneis paternæ sunt incapaces, vel
*abstinentes, tradit pulchrè *Christin.**
dec. Belgic. 279. num. 28. adducens
Carol. Molin. conf. 55. n. 6.

Ità quod minimè sunt mutanda
quæ à tanto Senatu certam in om-
nibus, ac peculiarem in causa ip-

V u f i u s

fius Lauræ exclusæ determinationem receperunt.

Vndè merito ex prædictis, quæquè alacriter Dominorum meorum correctioni, & censuræ subijcio, sperat Regale Monasterium Sanctæ Mariæ de Carmelo ex persona Admodum Reu. P. Fratris Magistri Iosephi, confirmandum fore decretum præambuli ad eius beneficium interpositum, Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 11. Maij 1647.

Transfatione inter Collitigantes inita, sopita lis fuit.

Penès Actuarium Magn. Cur. Ioseph Abenante.

S V M M A R I V M.

- 1 Lites ex litibus oriri, nefas est.
- 2 Restitutio acceptorum ante omnia faciendâ est in iudicio transfationis deducta in Aquilianum stipulationem.
- 3 Agens contra transfationem, caret actione.
- 4 Clausula Rato manente pacto, appasa in instrumento transfationis quid operetur.
- 5 Transfationi contraveniens si aliquid ex ea recepit, tenetur restituere si opponatur.
- 6 Iudicis officium est ut restituat quis accepta vigore transfationis antequam ad illius annullationem, vel rescissionem procedatur.
- 7 Decisio Sac. Conf. apud Affl. 220. n. 4. ibiq. Ut illi affertur ad probandum quod agenti aduersus transfationem denegetur actio, nisi restituat accepta, ubi aliorum Senatuum determinationes quoq; enumerantur.
- 8 Veniens contra transfationem, nedum à limine iudicij est reijciendus restitutus non acceptus, verum etiam tenetur offerre.
- 9 Transfationem impugnans etiam ex capite enormissimæ lationis, tenetur ante omnia restituere accepta.
- 10 Nullitatem transfationis allegans, nò per hoc evitat restitutionem acceptorum.
- 11 Restitutio acceptorum venit faciendâ de natura transfationis.
- 12 Io. And Georg. alleg. 34. reijcitur.
- 13 Transfatio dicitur maximum finendarum litium remedium.
- 14 Principis rescripto, causas, vel lites legitimis transfationibus finitas resuscitari, nefas est.
- 15 Transfatio ea est, quæ super lite incerta, & re dubia fit.
- 16 Compromisso, equiparatur transfatio.
- 17 Dubia res dicitur etiam si controuersia non fuerit in iudicio deducta, vel adsit timor, & suspicio futurae litis.
- 18 Hæres tenetur habere ratum factum defuncti.
- 19 Transigentes non possunt præiudicare vocatis ex facta maiorum.
- 20 Transfatio an præiudicet fideicommissario, quamuis sit facta per eum cui interdicitur alienatio.
- 21 Transfatio quando rescinditur, non est habenda ratio præij rei, quæ petitur, sed illius dubij euentus litis.
- 22 Transfatio rescindi, aut annullari nequit etiam ratione enormissimæ lationis.
- 23 Transfatio potest fieri etiam in præiudicium successorum, qui vocantur ex propria persona ad fideicommissum, siue nati sint, siue nondum nati tempore transfationis.
- 24 Transfatio de bonis feudalibus si fiat bona fide, præiudicat agnatis comprehensis in investitura, & transfatio successores afficit.
- 25 Sententia si bona fide absq; fraude contra legitimum possessorem lata fuerit, ceteris, & substitutis in maioratu, fundo, fideicommissio, & alijs etiam

- etiam quod possessorem ipsum non representent, sed primum instituentem, & ijs, non citatis nocet.
- 26 Sententia lata cum legitimo contradic-
toris, & eo, qui primas, ac potiores
habet defendendi partes, nocet om-
nibus his etiam non citatis, nec scie-
tibus, qui à iure victi, & condemna-
ti, ius proprium deducere conantur,
& coguntur.
- 27 Iudicium sollempniter cum possessore
captū, censetur etiam agitatum cum
successore.
- 28 Sententia, & transactio equiparan-
tur.
- 29 Remed. l. 2. C. de rescin. vendit. non
procedit in sententia.
- 30 Transactio iuramento vallata, impedit
litis ingressum.
- 31 Transactionis non liquida exceptio
ad merita reservatur, quando scil.
altiore requiritur indaginem.
- 32 Exceptio requirens altiore indaginem
quando dicatur.
- 33 Liquida exceptio non dicitur, quando
agitationem requirit in facto, vel
in iure.
- 34 Pactum restitutionis acceptorum in
transactione appositum, omnino ser-
vandum est, antequam liti aditus
aperiatur.
- 35 Io. And. Georg. alleg. 34. causarum
species in genere tantum, non singu-
lariter describit.
- 36 Ex facto, ius oritur.
- 37 Sententia mutantur ex qualibet levi
facti specie mutata, Iudicium, vel
personarum.
- 38 Decisiones nimis vage, & generales
non bene adaptantur ad casus sin-
gulares.
- 39 Casus allegationis Io. Andr. Georg.
recensetur.
- 40 Actori dolofo obstant iura prohibentia
quem venire contra transactionem.
- 41 Exceptio transactionis est de operibus
iuris, & non admittuntur in Conci-
torio Principis, ubi agitur sola fa-
cti veritate inspecta, sed contrarium
vide num. seq.
- 42 Exceptio restitutionis acceptorum ex
ipsa equitate proficiscitur, non autē
ex rigore.
- 43 Iura loquentia de restitutione accepto-
rum in terminis transactionis, non
procedunt quando agitur de nulli-
tate, vel lesione enormissima.
- 44 Lesio enormissima, accedente minori
estate annullat transactionem.
- 45 Minor petens contractus rescissionem,
non tenetur usq; ad finem litis præ-
tium restituere.
- 46 Maior estate, petens contractus rescis-
sionem, tenetur restituere ante om-
nia, accepta, secus in minore.
- 47 Ex diversis non fit illatio.
- 48 Io. And. Georg. uti strenuus Advo-
catus laudatur.
- 49 Cæphal. conf. 667. in fin. & Rol. à
Vall. conf. 60. num. 344. vol. 4.
enucleantur.
- 50 Iura extincta, amplius reviviscere non
possunt.
- 51 Io. Vinc. Ann. fing. 540. explicatur.
- 52 Giurb. dec. 103. circa restitutionem
acceptorum, qualiter intelligitur.
- 53 Prætoria suprema Europe iudicarunt
secundum decisionem Affl. 220. &
Gram. dec. 66.
- 54 Exempla adducta per Georg. alleg.
34. non sunt attendenda.
- 55 Determinatio facta in causa Don
Caroli Caraccioli è Sancto Era-
mo circa restitutionem acceptorum
recensetur.
- 56 Posteriores decisiones derogant prio-
ribus.

ARGUMENTVM.

Veniens contra transactionem
minimè audiendus est, nisi
prius restituat accepta vigo-
re transactionis, eòq; fortius
si pacto ità cautum fuerit,
ad cuius propositionis com-
probationem, peculiaris Sa-

cri Consilij Neapolitani determinationes adducuntur apud *Affuct. decis.* 220. & *Gram. dec.* 66. quibus inhæserunt Europæ nonnulla Prætoria, quæ lato exarantur calamo:

Io. *And. Georg. alleg.* 34. qui cōtra *Affl. in dec.* 220. consulit, non teneri transigentē restituere accepta antequā ad vltiora ad rescissionem transactionis procedatur, ostenditur, insimulq; doctrina eiusmodi *Georg.* enucleatur, ac minus vera detegitur, aliæq; eiusdem *Sacr. Consil.* determinationes recensentur, in comprobationem rerum aliās iudicatarū, singillatimque omnibus per *Georg.* adductis non inscitē per Authorē occurritur & quatenus casui præsentī applicatur, non esse allegandū ad oculum insinuatur.

Transactionis substantiam in lite mota, vel etiam mouenda consistere, quæq; eius sit vis, & efficacia, & an rescindi, vel annullari queat, si læsio allegatur, & qualiter læsio ipsa sit consideranda, quodq; transactio ipsa afficiat etiam eos, qui ex propria persona venire contem-

dunt etiam in fideicommissis, plena manu peragitur. *Cephal. conf.* 667 in fin. & *Rob. à Vall.* qui *Cephal.* se subscripsit in *conf.* 60. n. 34. vol. 4. adducti à *Georg. alleg.* 34. qualiter sint accipiendi, & an verior sit habenda *Menoch.* assertio in *conf.* 664. vol. 7. qui mordicū *Cephal.* eiusq; sectatores redarguit: non inutiliter detegitur.

P R O

Sac. Hospitale Incurabilem herede qu.
Pauli Girardi.

C V M

V. I. D. Marco Santo
Antonio.

C A P. X X X X.

SVE VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.

Proposita exceptione restitutionis acceptorū pro parte Sac. Hospitalis Incurabiliū hæredis quondam Pauli Girardi, & per eius intermediam personam Cæsaris, & Octauij, necnō Fabritij Girardi aduersus prætensionem V. I. D. Marci Santo Antonio iunioris, virtute peculiaris pacti appositi in transactione inita de ann. 1612. die vltimo Octobris, de qua mox verba faciemus, dum sperabat Hospitale per Sac. Conf. tam iustæ exceptioni fore annuendum, innotuit Dom. causæ Commissariū interposuisse decretum domi, quod procederetur ad ea, que incumbant in causa, exceptione transactionis ad merita causa reseruata, à quo decreto sentiens se Hospitale grauatū, quasi quod dum transactione res terminata reperitur, ex primæ litis materia alteram litem confurgere nefas sit, ita disponente *tex. in l. terminato, C. de fructib. & lit. expens. in l. causas, l. si maiores, & l. quamuis, C. de transact. & notat Bal. in 2. notab. nec debet ex sopita materia nouum iurgium suscitari, ex dictis per Ludouif. dec. 354. num. 1. & 2. Interest namq; Reipub. quanto citius lites finire cap. dispendia de rescrip. in 6. clem. dispendiosam de iud. l. properandum in princ. C. eod. tit. l. 1. in princ. C. de nou. Cod. facien. Etenim non solum consumuntur familiæ in expensis & iurgijs, quas familias interest Reipub. conseruari, l. cum ratio, S. pen. ff. de bon. damnat. l. 2. C. de indic. vid. toll. l. 2. in fin. ff. comm. de manum. l. aut facta in fin. ff. de pen. l. 1. S. publica, ff. de*

*ventr. inspic. verum etiam homines in illis distenti, publicis muneribus vacare, & aliorum hominum commo-
modo deseruire prohibentur, sicuti fatis lepidè pōderat Farin. dec. 461. num. 6. Reg. de Pont. dec. 34. in fin. Larr. allegation. fiscal. cap. 105. nu. 39. par. 2. porrecta supplicatione Sac. Reg. Maiest. obtentaque decretatione à Spectab. Dom. meo Sac. Conf. Præside, de verbo faciendo in Sac. Conf. spem adauget Hospitale omninò prouideri debere, quod restituti prius acceptis per Corneliam, & Fenitiam Girardam, ex pacto in transactione apposito per V. I. D. Marcum Santo Antonio seniore, & Leonardum eius filium, deinde ad vltiora in causa procederetur, si de transactionis validitate dubitare fas esset, sicuti de iure dispositū esse, & in Sac. Conf. determinatum, mox fundabimus; Operę tamē præ-
tium existimauimus nitidam Hospitalis iustitiam, ex ipso quoq; facti primordio, insinuare, quod sic se habet.*

Cæsar, & Fabritius Girardi fratres, pro communi, & indiuiso nonnulla stabilia possidentes, eaq; enunciantes in instrumento de anno 1596. die 9. Septembris, ea elargiti fuerunt, donationis titulo Octauio Girardo Cæsaris filio, eiusdemque Fabritij nepoti præsentis, & acceptanti cum nonnullis vinculis, conditionibus, & fideicommissis.

Quod scilicet d. Octauius sit eorū usufructuarius vita durante, & post eius obitum succedere habeant filij dicti Octauij in infinitum, vt bona conseruarentur in familia, cum onere dotandi fæminas, & in casu quo ipse, aut eius filij absq; filijs masculis decesserint, tali casu deductis dotibus fæminarum (quatenus superextiterint) succedat Franciscus Octauij frater, si in humanis agerer, eo autem diem functo, succedant filij masculi ex eo progeniti legitimi

ta-

tamen, & naturaliter, ijsq; masculis deficientibus, fœminæ succedant; in casu verò quo Octavius, & Franciscus masculos non habuerint, & præfatus Octavius ne quidem fœminas, tunc succedant fœminæ natæ ex Francisco.

At eueniente casu, quo nec Octavius, nec Franciscus cum masculis, aut fœminis decesserint, succedat Cornelia, & Fœnitia Girardæ filia Cæsaris donantis pro æquis partibus, exclusa semper Marchesella, Girarda, ac vxoribus Octauij, & Francisci, decedentibus verò Cornelia, & Fœnitia absque filijs, succedant sibi ad inuicem.

Pactò tamen expresso, quod bona prædicta nequeant alienari, nequidem ex causa dotis, imò sub perpetuo fideicommissi vinculo remaneant, omnesq; alienationes sint nullæ, & inualidæ.

Reseruat Fabritius integram medietatem, siue vsumfructum prædictorum honorum vita durante, ac etiam donantes ipsi reseruant facultatem disponendi de nonnullis introitibus super functionibus fiscalibus, & cum particularibus, vsque ad summam duc. 14. m.

Et fit expressa renunciatio, *l. si unquam, C. de reuoc. donat.*

In eodemet anno 1596. die 20. Octobris occasione matrimonij contracti inter dictum Octavium cum Lucretia Iudice, præfati Cæsar, & Fabritius, emologant, & ratificant donationem prædictam.

De anno 1600. die 13. Februarij iam vita functis Cæsare, & Francisco, asserens Fabritius eorum obitū, iterum ratam habet donationem, quam contemplatione matrimonij fecisse fatetur, & reuocat substitutionem factam in beneficium præfatarum Corneliæ, & Fœnitæ, volēs, quod sequuta ipsius morte, ac decedente Octauio sine filijs, possit idemet Octavius disponere de bo-

nis prædictis in beneficium personæ de familia, prout sibi placuerit.

Innitens Octavius reuocationi substitutionis in beneficium Corneliæ, & Fœnitæ, adijt Sac. Conf. de anno 1609. sub die 16. Septembris, in quo petijt mandari, & declarari eidem Octauio licere, stante reuocatione prædicta, liberè disponere de bonis prædictis donatis, citantur sorores in iudicio prædicto, & cum eis processus instruitur, quæ prius, & secundum petierunt beneficium, nec sententia aliqua emanauit.

Et de anno 1611. die 12. Septembris Fabritius, & Octavius declarāt publico instrumento, mediante d. Fabritio fuisse natum filium nomine Cæsarem, ob cuius superuenientiam donatio censetur reuocata, & consentit etiam expressè reuocationi prædictæ Octavius, reuocando pariter donationem ipsam quatenus concernit beneficium dictarum sororum, asserentes donationem fuisse factam, eò quod spem non habebant filios procreandi, vnde pepigerunt, quod Octauio sine liberis decedenti, succedat d. Cæsar filius ortus ex Fabritio post donationem, cuius linea deficiente vltimus ex eis descendens, valeat liberè disponere de corporibus in donatione contentis.

Rebus itaq; hoc modo compositis: nulla expectata sententia Sac. Conf., de anno 1612. die vltimo Octobris Cornelia etiam vt cessionaria Fœnitæ eius sororis, interueniens insimul cum V. I. D. Marco Santo Antonio eius viro, ac V. I. D. Leonardo eius filio ex vnâ, & ex alia Fabritius, & Octavius, asserentes omnia peracta, ac iudicium motum in Sac. Conf. & incertitudinem filios procreandi ex Octauio, ac procreatos ex Cæsare, renunciauerunt altrinsecus iudicio prædicto, omnibusq; actis: dictæque Corneliæ assignauerunt duc. 5000. in corporibus de-

descriptis; pacto tamen peculiari, quod in casu contraventionis dictæ transactioni faciendæ, siue per ipsam Corneliam, siue per eius, aut Feniitiæ descendentes etiam ex propria persona (dato quod substitutio locū sibi vindicare possit,) denegetur audientia, nisi prius solutis duc. 5000. cum eorum interesse ad rationem, duc. octo pro quolibet centenariio, ac etiam restitutis integris hæreditatibus dictarum Corneliam, & Feniitiæ, ac Marci, & Leonardi Santo Antonio in beneficium Fabritij, & Octauij, eorumque hæredum, & successorum, sicuti videre est, fol. 79. at. lit. A. & fol. 81. at. lit. A. verſ. Et sic etiam, & fol. 82. lit. A. & B. proc. Octau. & è contra Fabritius, & Octauius se obligauerunt ad refectionem totius quantitatis forsitan euincendæ ad instantiam ipsorum, siue eorum hæredum, & successorum super corporibus ex causa prædictæ transactionis assignatis.

Fabritius moriens in suo ultimo eulogio condito die 9. Martij 1614. instituit hæredem in sua portione, Isabellam eius filiam, cui in pupillari ætate, vel quodcumque sine liberis decedenti, substituit Sac. Hospitale Diuæ Annuntiatæ, & Monasterium S. Ioannis ad Carbonerum æquis partibus, sed existentibus filiis ex Octauio, ipsi succedant, reuocata substitutione prædicta in beneficiū locorum piorum.

Octauius de anno 1629. adscribit sibi hæredem in testamento Paulum Girardum virum Isabellæ, qui postmodum diem clausit extremum de anno 1633.

Isabella pariter de anno 1635. Paulum virum de eius medietate, similiter hæredem fecit in suo postremo in scriptis exarato arbitrio.

Adita per Paulum hæreditate, ac existente in possessione bonorum hæreditariorum, petierunt coram Domino Reg. Sanfelicio, Hospitale

Diuæ Annuntiatæ, & Monasterium Sancti Ioannis ad Carbonerum immitteri in possessionem bonorum remansorum in hæreditate Fabritij, stante substitutione in eorum beneficium facta, ob mortem Isabellæ, & Octauij absque filiis, & decretum, obtinent, aduersus quod comparens Paulus excepit de possessione bonorum: datur terminus super possessorio, in quo probat Paulus possessionem, loca verò pia nihil deducunt, compilato processu.

Mutant tamen iudicium in anno 1639. & petunt condemnari Paulū ad relaxandum bona vigore substitutionis prænunciata, non obstante institutione facta per Isabellam, aduersus quod iudicium, petit Paulus remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, & per S. C. referente Domino meo Consiliar. Muscettula, datur terminus super petita remissione, & silent iudicia.

Paulus de suis bonis disponens, hæredem adscripsit sibi vniuersalē Sac. Hospitale Incurabilem, & tandem de anno 1642. Mense Iunij infata concessit.

Post cuius obitum, iterum loca pia comparuerunt, eorum iura proponendo, & nulla facta mentione, per Hospitale Diuæ Annuntiatæ litium in viridi præexistentium, obtinuit decretum, quod immitteretur in possessionem bonorum Pauli præuio decreto Illust. Marchionis Belmontis, sed re cognita, fuit causa remissa ad Sac. Conf.

Comparuit similiter de Mense Iulij 1642. V. I. D. Marcus Sāto Antonio filius Leonardi, ac nepos Marci Antonij, & Corneliam Girardæ, (cū quo nobis colluctatio est,) petēs condemnari Hospitale Incurabilem, ad relaxandum bona in donatione contenta, eaque declarari spectauisse, & spectare ad ipsum, quauis transactione non obstante, &asserens sequestrum obtentum per Magnam

Cu-

Curiam, instat de Mēse Septembris manuteneri in possessione bonorū in donatione contentorum, qui, & pariter intentauit remedium capitulo Regni.

Re tamen in Sac. Conf. vndique deducta, referentē nobilissimo illo viro Consiliario D. Flaminio Constantio, emanauit decretum die 2. Octobris 1643. quod *infra quatuor dies audiantur partes, nulla habitatione sequestri facti per Magnam Curiam, tanquam attentati, & donec aliter. firmum remaneat sequestrum factum per Delegatum Incurabilem die 20. Iulij 1643. & non procedatur ad venditionem, nec alienationem corporum contentorum in donatione, & capitalia non reemantur inconsulto Sac. Conf., salua prouisione facienda respectu sequestri fructuum, exhibitis scripturis in Aula Sac. Conf. allegatis.*

Hæc est facti series, ex qua modo ad tuitionem iurium Sac. Hospitalis Incurabilem, cuius partes tuemur, facile erit, vt deueniamus, dum prorsus vanam insinuabimus prætensionem Doctoris Marci Santi Antonij, qui petijt ad successionem admitti vigore d. instrumenti donationis de anno 1596. in quo fuerunt expressè vocatæ Cornelia, & Fenitia, eorumq; descendentes, proprio nomine, ad eò quod nequidem illi obstare transactionem per ipsas factas, aperto Marte contendit.

Sed verum est dicere, illi obstare transactionem, eiusq; virtutem, & efficaciam operari, quod minimè audiatur, nisi prius restitutus acceptis, in executionem ipsius.

Onus igitur assumam, vtrumque assumptum probare, initiumq; factam ab hoc postremo restitutionis acceptorum, à quo decretum Dom. causæ Commissarij Hospitalis exclusit; iura siquidem sunt clara in *l. si diuersa, sibi, Refusa pecunia, l. ubi pactum, l. cum proponas, C. de transact. l. exempto, S. si quis virginem, ff. de*

actio. empt. Franc. Salern. Siculus conf. 36. S. 26. num. 6. l. qui fidem, ff. eod. ibique glos. & DD. præsertim Azo, & Bal. per tex. in d. l. ubi pactum, tenuerunt contra antiquos, quod quando transactio est deducta in Aquilianā stipulationem, illa prorsus remanet extincta, vnde agens contra transactionem, caret actione, ideoq; Iudex potest eū repellere, quia sine actione agit, pecuniam verò receptam tenetur restituere vigore pacti; nam operatur in odium eius, qui contrauenit transactioni, clausula apposta in instrumento transactionis, Rato, manente pacto. secundum glos. in d. l. qui fidem, quam adducit Affl. decis. 220. num. 4. Vital. de clausul. in claus. Rato manente pacto, l. 3. C. de iur. emphyt. facit tex. in cap. ex eo, de iur. iur. in 6. & notata per Pau. de Castr. in l. Iulianus, S. offerri num. 9. ff. de actio. empt. Peguer. dec. 203. num. 1. & 2. & esse tex. de hoc in l. cum te fundum, C. de pact. int. empt. & vendit. notat Molin. de hispan. primog. lib. 4. cap. 9. num. 43. veri. Illud autem, inquires, quod is qui ex causa transactionis, aliquid ab Aduersario recepit, si transactioni ex aliqua causa contraueniat, non aliter audiendus erit, quàm reddita ea quantitate, quæ ex causa transactionis sibi præstita est: si id pars aduersa opposuerit, adducens tex. in d. l. si diuersa, cuius sententiæ fuit Bal. in cap. 1. S. notandum de his qui seu. dar. poss. Bart. Bal. Castr. & Salic. in d. l. si diuersa, ibiq; Ias. num. 1. in fin. Gabr. comm. conclus. tit. de trans. concl. 1. num. 50. eamque opinionem sectati fuerunt vti communiorem, & veriore, Rolan. à Vall. conf. 59. num. 7. vol. 1. Menoch. conf. 664. num. 1. conf. 693. num. 16. lib. 7. conf. 1111. num. 6. cum seqq. lib. 12. Crau. conf. 7. num. 14. conf. 83. n. 1. conf. 329. Corn. conf. 233. vol. 1. Aldonin. conf. 71. num. 126. siue quis petat contractum annullari, vel rescindi, inquires ad Iudicis officium spectat-

ctare eiusmodi restitutionem, antequam ad contractus rescissionem procedatur, *Decian.conf. 32. num. 1. & 5. vol. 4. Sforz. conf. 41. num. 98. vers. Quinto*, loquens in eo, qui vult retractare fundi venditionem, *Reg. Valenz.conf. 88. num. 61. lib. 1. & conf. 175. num. 47. vers. Finaliter*, ubi ex iuribus à Nobis mox allatis tradit debere interuenire actum verisimilem, quando receditur à contractu, vt si aliqua data sint causà transactionis, restituantur per *tex. in d.l. si diuersa*, ibi, *Refusa pecunia*, quæ verba ponderat *Reg. Valenz.* ibi esse prolata per modum ablatiui absoluti vnde formam designant, & esse communissimam opinionem quod veniens aduersus transactionem, nõ debet audiri, nisi ante omnia restituat, quæ recepit ab alia parte, refert *D. Valenz. d. conf. 175. num. 48. ex dictis per Rot. Rom. dec. 111. num. 1. & 440. num. 710. par. 1. Sacri Palatij Marches. de commiss. par. 1. cap. 16. nu. 28. Molin. lib. 4. de primogen. Hispan. cap. 9. num. 43. pluraq; alia ponderat ingeniosè, D. Valenz. num. 49. & seq. Maceraten. lib. 2. resol. 11. num. 26. resol. 16. num. 5. Potydor. Rip. obseru. 301 num. 1. Gonzal. ad regul. Cancell. 8. gl. 27. num. 22. glos. 56. num. 104. & 150. Boccat. ad Constit. March. cap. Vt minorum glos. 8. num. 208. Tiraq. lib. 1. retract. §. 1. glos. 18. num. 1. Cardin. Mantu. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 9. num. 39. vers. Qui autem, adducens, Affl. Cardin. Tusc. verb. Transactio, conclus. 352. num. 13. qui allegat Fulgos. in conf. 156. num. 2. vers. quarta ratione, Viu. comm. opin. lib. 2. tit. 4. num. 33. vers. Itaq; P. Molin. de iustit. tit. de contract. disput. 536. par. 2. lit. E. vers. Quod si, ibi, Neque aliter aduersarius audietur, quam integrè restituat, quod accepit. August. Barbof. in Collectan. super C. in d.l. si diuersa nu. 3. per tot. Ioseph Ramon. conf. 52. n. 57. vers. Neque etiam, & receptam fuisse*

7 apud Tribunalia Suprema, *Affl. dec.*

220. num. 4. vers. Fuit votatum in Cõsilio, *Vrsill. ad d. dec. Affl. num. 2. vers. Circa aliud dubium, & num. 6. in fin.* qui pluribus adductis inquit, *Propterea d. opinio intrepidè est tenenda, quod non obseruanti, quis non tenetur obseruare, & quod non possit quis agere, nisi restituat accepta, & adimpleat vt supra, & secundum hanc opinionè Sac. Conf. iudicauit in quadam causa. Magnif. Io. Laurentij de Ansa anno 1562. quod ipse Io. Laurentius restitueret duc. 200. habitos virtute transactionis quietationis tutela ab heredibus tutorum, priusquam audiatur, Actuar. Ioan. Bernardinus Balsamus. Hæc Vrsill. Gram. plenè dec. 66. num. 66. Ofasc. dec. 160. in fin. Mastr. decis. 13. num. 1. & seq. Rota Rom. apud Put. dec. 353. num. 6. lib. 1. decis. 140. lib. 2. & diuers. dec. 111. decis. 805. & decis. 810. par. 1. eadem Rot. apud Martin. Andr. decis. 105. num. 16. vbi adducit alteram determinationem in Romana rescissionis Instrumenti de anno 1612. 27. Iunij coram D. Vbaldo Peguer. d. dec. Cathalon. 203. per tot. inquit num. 13. ita decisum extitisse in Regia Audientia de anno 1608. die 20. Octobris in causa vertente inter Bernardum Torrent ex vna, agentem, & Oeconomum Monasterij, & Conuentum Sancti Francisci de Paula se defendentem ex altera, expendens, *tex. in d.l. si diuersa, Affl. dec. 220. Cancr. variar. resol. lib. 1. cap. 13. de emp. & vend. num. 15. vers. Debetq; adeò veridicam eiusmodi opinionem sustinens, vt affeuerauerit venientem cõtra transactionem, nedum à limine iudicij esse reijciendum restitutis non acceptis, verum etiam teneri offerre, allegans Affl. dec. 220. ibiq; adnotata per egregium Additionatorem Vrsill. n. 3. itaq; decisum in Senatu Cathalonie de anno 1619. quæ determinatio cum fuisset ab ea reclamatum, fuit in causa supplicationis confirmata.**

8 *Mierrez de maiorat. par. 4. quest. 25. nu. 85.*

num. 85. vers. *Et quod agens*, innumeros propè recensens, *Valasc. consult. 85. num. 7. vers. Sed nec obstitit Cabed. dec. 37. num. 1. 4. & 5. par. 1. Addit. ad Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. num. 43.*

9 iniquis procedere, etiam si propter enormissimam læsionem aduersus transactionem agatur, quodque magis est, eandem rationem vigere, vbi

10 allegatur nullitas, quæ clarè non appareat, ex *Rot. Rom. Cabed. Valaf. & Milan. in locis signatis, intrepidè defendit Additio prædicta ad Molin. num. 43. Giurb. dec. 103. num. 5. vers. Primus est*, iniquis assumptum procedere nedùm in rescissione transactionis, verùm etiam in quolibet alio contractu cuiusvis generis, & ità veritati nixum, iudicasse Consistorium Siciliae testatur *nu. 13. vers. Sed Consistorium, Galter. in prax. tuzelar. par. 2. rubr. 4. num. 18. & par. 3. rubr. fin. num. 17. Episc. Ricc. collectan. 1535. & in addit. ad d. dec. Affl. 220. vers. Circa secundum dubium, & dec. 117. Cur. Archiep. Neap. num. 2. vsq; ad fin.* quibus pro coronide subnectimus alteram *Rot. Rom. decisionem apud Ludouif. (summum deindè Põtificem) in decis. 418. num. 9. vers. & saltem. eam solidam rationem expèdens, quod restitutio acceptorum,*

11 venit facienda de natura transactionis, idem *Ludouif. dec. 354. nu. 7. ibi, Que in omnem eventum forent restituenda tum ex dispositione, h. si diuersa, C. de transact. tum quia fuerūt emptæ cum expressione, vt perperuo essent hypothecata pro obseruatione transactionis, & pro euictione Baronie, ibiq; Oliuer. Beltram. in Annotat. num. 17. format conclusionem, quod veniens contra transactionem ante omnia tenetur restituere quod ex transactione recepit iuxta, *tex. in d. l. si diuersa, & allegat punctuales quatuor Rotæ Romanæ decisiones, cum sex limitationibus, facit Cyriac. controuers. forens. lib. 1. cap. 3. num. 65. Farin. dec. 539. Fonta-**

*nell. de pact. nuptial. claus. 4. tom. 2. gl. 9. par. 5. num. 214. vers. Cæterum, & num. 215. vbi obseruat verba, *tex. in d. l. si diuersa, ibi. Refusa pecunia, importare conditionem, & idedè exponuntur, exponiq; debent, si pecuniã refuserint. Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 26. num. 39. eoque fortius, si adsit pactum in transactionis instrumento (sicuti casus noster indicat.)**

Vt indè pateat, exceptionem à Sac. Hospitale oppositam, nedùm iuribus, Doctorumq; placitis; verum etiam rerum iudicatarum Auctoritate vndequaq; conuallatam existere, quicquid in contrarium adstruxerit *Consil. Georg. in alleg. 34. vbi contrarium decisum affirmat ipso patrocinate; Ipsius etenim Auctoritati, eiusq; sedatoribus, ac exaratis per ipsum in d. allegat. quatum sit deferendum, vt casus noster determinari valeat, mox occurram, dū prius de transactionis subsistentia, pleraq; tradere, non abs re futurum censeo.*

Obstat itidem Aduersæ parti, ipsius transactionis, exceptio (& erit alterum huius responsi assumptum) siquidem maximum remedium finiendarum litium vocatur, *l. fratris, C. de transact. imò inquit glos. in l. 1. ff. de inre iur. est vnum ex tribus remedijs finiendarum litium, magna que eius vis extollitur, l. non minorem, C. de transact. cap. 1. de lit. contest.*

13

14 in 6. adedè quod etiam Principis rescripto, causas, vel lites legitimis transactionibus finitas resuscitari fas non esse, cecinit, *tex. in l. causas, C. de transact. Mantie. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 1. num. 11. vers. Secundo autem modo. Ludouif. in puncto d. dec. 354. nu. 1. & 2. Ego in 1. discept. forens. cap. 17. num. 1. vsq; ad 9. vbi plenissimè.*

Quod autem transactio in casu præsentis fuerit legitimè facta, ex eo

15 dignoscitur, nam transactio ea est, quæ

quæ super lite incerta, & re dubia fit, l. 1. ff. de transact. vbi *Vulpianus* Consultus, inquit, *Qui transigit quasi de re dubia, & lite incerta transigit, Decian. conf. 56. num. 5. & 18. lib. 1. Marc. Ant. Eugen. conf. 13. num. 31.*

16 lib. 1. nam æquiparatur transactio compromisso, ad latè tradita per *Reg. Valenz. conf. 11. num. 30. vers. Vterius lib. 1. Ciriac. d. cap. 3. num. 17. 92. 93. & 96. & num. 20.* vbi adducit penè innumeros ad suadendū quod transactio super re dubia inita, dicitur bona fide, quæ bona fides tanti habita est apud DD. vt vnanimi sane spiritu affirmarint, quod si fuerit transactum de re feudali, nullus requiratur consensus Domini accedente bona fide, vti post *Iser. Aluarot, & Bal. in cap. 1. de contro. vers. inter vassall. & alium* tradit *Bammacar. in cap. si vassallus de benef. sub nu. 14. vers. Tertia originalis si de feu. vers. conten. int. Dom. & agnat. vassall.* vbi quam plures allegat, & benè distinguit *Egomet loc. cit. n. 60.* Dubia igitur erat controuersia, quæ vertebatur inter Octauium, & Fabritium Girardos, nam tempore, quo fuit facta donatio per Cæsarem, & Fabritium de anno 1596. nullos habebat filios donantes ipsi, sed postmodum Fabritius filium masculum procreauit, & Isabellam fæminam reliquit, vnde donatio ipsa fuit reuocata, ex aperta dispositione, *tex. in l. si vnquam, C. de reuocan. donat.* & poterat etiam Octauius filios procreare, vnde transactio stante dubietate & incertitudine, ritè, rectèq; processit.

Quid quod: adeò validam DD. 17 reputarunt transactionem de re dubia, vt etiam affirmarint eam valere, etiam si controuersia non fuerit in iudicio deducta, nam sufficit, quod fiat extra iudicium de facto, vel adsit timor, & suspicio future litis, secundum *Bart. in l. 2. C. de transact. & in l. causas, C. eod. Alex. conf. 41. nu. 4. & b. 6. Dec. conf. 474. num. 4. in princip.*

Mantic. vbi supra num. 16. vers. Illud verò adnotandum est cum sexcentis alijs, quos consultim prætereo.

Trāsgrediamur nunc ad alteram partem prætensionis partis aduersæ, quæ inquit prædicta eisque similia procedere posse inter transigentes, eorumque hæredes, qui tenentur habere ratum factum defunctorum 18 per *tex. in l. cum à matre C. de reiuen. cum concordant.* at in casu præsentis secus esse, nam ipse Marcus venit vti 19 vocatus ex propria persona, ex facto maiorum, cui non potuerunt transigentes præiudicare, de quo est *tex. ceber in l. 3. ff. de interd. & relega. cum concordant.*

Sed facilis est resolutio; nam DD. omnes, qui materiam disputauerunt in terminis fideicommissi, an transactio præiudicet fideicommissario, 20 quamuis sit facta per eum, cui interdicitur alienatio voluntaria, in eo casu, in quo transactum præsupponitur bona fide, de re dubia, & lite incerta valere affirmarunt, & per sequentes vocatos esse seruandam *l. preses 12. C. de trans. Imol. in l. ante restitutam 104. post med. vers. & conclud. de ff. de solut. Caph. conf. 262. num. 35. lib. 2. Cardin. Mantic. quem allegat Gratian. discept. forens. cap. 418. nu. 1. Boer. decis. 147. num. 5. & 6. per text. in l. cum hereditas 56. vbi Bart. & Castrens. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 83. vers. his, similibus, vbi id tantum ponderat, an transactio emerferit super re dubia, & lite incerta bona fide, quæ in casu præsentis superabundauit in beneficium partis aduersæ, eamque opinionem tuetur *Gratian. d. cap. 478. num. 1. Petra Placentin. de fideicom. quest. 8. num. 67. vers. in contrarium,* & in puncto tenet *Oliuer. Beltram. in addit. ad decis. Ludouif. 418. num. 16. vers. transactionem.**

Cuius rei, eam affero rationem, nam transactio quando rescinditur non est habenda ratio prætij rei, quæ

21 petitur, sed illius dubij euentus litis, secundum doctrinam Bart. in l. si quis eam aliter ff. de verbor. obl. & in l. 2. C. de rescind. vendit. & in Lucius S. fin. post. Accurs. ibi ff. ad Trebell. quicquid in contrarium dixerint DD. relati per Alex. in d. l. si quis eam aliter, & de Alex. meminit Gam. decis. Lusitan. 410. nu. 15. vers. quando agitur vbi aduertit Alexandrum ipsum, qui in pūcto iuris contra Bart. tenet, affirmasse, opinionem Bart. esse tutiorem, & in practica seruandam, & explosa Iasonis sententia, cum Bart. tenendum in iudicando, & consulendo sustinet Gamm. loc. cit. vers. Indubitanter, facit optimè Pinell. in d. l. 2. C. de rescind. vend. par. 1. cap. 4. nu. 14. & 16. allegans tex. expressum in l. propter spem ff. fam. l. arciscun. ibi, nisi tantum estimatus sit dubius euentus, & hanc resolutionem fuisse Bertran. in cons. 1. num. 79. volu. 2. tenet Reg. Valenz. cons. 175. num. 26. vers. et quia, qui eam sectatur, licet nō ignorem sublimis, illum ingenij virum Anton. Fabr. de errorib. Pragmatic. error. 10. per tot. in eam iuisse sententiam, vt neque ratione enormissimæ

22 lēsonis vtrique rescindi, aut annullari transactio queat, & itā sustinet per plura argumenta Auendan. de mor. lib. 3. cap. 18. nu. 22. cum plurib. seqq. que indicasse nunc sufficit, alias etiam (Deo auante) iustiori calamo exarabimus in 1. pract. obseru.

Cum igitur dubius litis euentus, in hac præsentis facti specie satis pateat, merito præcitati DD. tenuerunt etiā fideicommissarios sequentes, transactionem. afficere. benè Francisc. Stephan. decis. Curia. Aquensis det. 70. num. 5. adducens tex. in l. cum hereditas vel 1. vbi Bart. Castrès. Alex. German. & Ius. ff. ad Trebellian. quo loci satis venustè sic fatuit, Si quod igitur damnū ex transactione patitur, æquo animo ferre debet, si modo nō insidiosè transfegerit heres, nec minus lepidè sermonem effundit Forzius in

addit. & in puncto Reg. Rouit. cōf. 89. lib. 2. inquit transactionem, procul dubio fieri posse etiā in præiudicium successorum, qui vocantur ex propria persona ad fideicommissū, siue nati sint, siue non dum nati, tēpore transactionis, quia tamen lis est dubia, & incerta, ob dabitatem facti, vel iuris, adducens tex. in l. Præsides C. de transac. Peregr. in tractat. de fideicom. art. 52. num. 88. & Ioann. Campegi. inter consilia Alberti. Brun. cons. 11. ccl. 9. num. 16. vers. ad sextum dubium.

24 Id quod, procedere etiā in bonis feudalibus, in quibus valet transactio si fiat bona fide, & lite incerta, vt præiudicet agnatis cōprehensis in inuestitura, & transactio successores afficiat post Bal. Prepos. Aluarot. Afflic. Zas. Soc. Ceph. Alciat. Paris. Schrader. & Rosental. in locis per ipsum adductis, tenet Gratian. d. cap. 475. num. 2. vers. quod etiā est, quibus optimè arridet Addit. ad Rosental. in tract. de feud. cap. 9. conclus. 1. lit. G. in fin. inquiring, re valdè dubia existente, non dici transigentem alienare.

25 Quibus maximè suffragatur altera, & illa ratio desumpta à simili, de sententia, quæ in bona fide absque fraude contra legitimum possessorem lata fuerit, cæteris etiā substitutis in maioratu, feudo, fideicommissō, & alijs, etiā quod possessorem ipsum non repræsentent, sed primum instituentem etiā ijs non citatis, nocere, est tex. in l. ex contractu. ff. de re iudic. Oldrad. cons. 94. num. 18. 22. & 23. Tiraq. de primogen. quest. 35. num. 17. & post Anchar. Decian. Rimin. iun. Höded. Burs. Menoch. Gabriel. Rolan. Osasi. Peregr. Padill. Lazar. & alios longa serie congestos, tenet Giurb. dec. 1. nu. 15. qui inibi aduertit Canall. in quest. commun. contra commun. quest. 636. eam sententiam ex magis communi censere, eamq; veriore, & recep-

tidem evatur. *Cald. in l. si curatoro*
glos. prohiberis num. 77. ad 86. C. de in
integrum restit. Molin. de primogen.
lib. 4. cap. 8. nu. 3. id quod vti æquif-
simum sectandum tradit Gregor. Lo-
pez. in l. 20. tit. 22. part. 3. vers. Però,
ciq; absq; scrupulo adhæret insignis
Couarr. d. cap. 13. nu. 6. in fin. contra-
 26 *ria sententia explosa, eam subdens*
rationem, nam sententia lata cum
legitimo defensore, & eo, qui pri-
mas, ac potiores habet defendendi
partes, nocet omnibus his etiã,
non citatis, nec scientibus, qui à iu-
re victi, & condemnati ius proprium
deducere conantur, & coguntur, ad-
ducens, tex. in l. si suspecta in princ. ff.
de inoffic. testam. et l. qui repudiantis,
S. fin. C. de inoffic. testam. et l. ingenui,
ff. de stat. hom. cum similibus, & conci-
nunt Pinell. in l. 1. par. 3. num. 49. C. de
bon. mater. Cancr. tom. 2. variar. resol.
cap. 16. de tertio oppositore num. 98.
 27 *dum inquirunt Iudicium sollempni-*
ter cum possessore actum, censi
etiam agitatum cum successore,
Corset. conf. 15. num. 27. Reg. de Pont.
conf. 40. num. 4. 5. & 6. Peregr. de fidei-
comm. art. 53. num. 25. Cost. conf. 18.
num. 5. Couarr. pract. car. sap. 13. nu. 6.
Consil. Ann. conf. 18. num. 20. Camill.
de Medic. conf. 16. num. 13. Dom. meus
R. Capyc. Latr. consult. 5. 2. n. 2. lib. 1.
secundũ quæ fuit determinatum in
S. C. cuius determinationis mentio-
nẽ feci Ego in 1. disceptat. forens. c. 2.
nu. 47. & seqq. vbi plenissimẽ.
 28 *Eaq; comprobantur ex regula,*
æquiparatorum, nam transactio, &
sententia æquiparantur, l. non mino-
rem, C. de transac. l. 2. ff. de iureiur. l. si
ne apud acta, C. de transac. l. post quam
liti, C. de pact. l. Age cum Geminiano
in fin. C. de transf. Soccin. ius. conf. 32.
num. 7. vol. 3. Rolan. fusc. in conf. 28.
num. 17. vol. 4. vbi innumeros pro-
pemodum adducit, Surd. conf. 418.
num. 12. vers. Tertio vol. 3. vbi valere
argumentum de transactione ad sã-
tentiam tenet, & in puncto Reg. Va-

lenz. conf. 88. num. 6. & 7. lib. 1. & cõf.
175. num. 39. & 40. subdens, quod
 29 *cum transactio æquiparatur senten-*
tia, non habet in ea remedium, l. 2.
C. de rescind. vend. plura alia ad rem
expendit Gabriel. comm. conclus. con-
clus. 1. de empt. & vend. num. 68. &
Affl. dec. 220.

Ex quibus omnibus, imò ex vno-
 quoque ipsorum apparet, transac-
 tionem vndiq; seruandam, adeò
 quod Doctori Marco Santo Anto-
 nio aditus sit prælaudendus in iu-
 dicio per ipsum moto, cum ea sit
 30 quoq; virtus transactionis iuramẽ-
 to maximè vallatæ (qualis nostra
 est) vt impediatur litis ingressum *cap.*
1. de lit. contest. in 6. Afflic. dec. 63. vbi
optimus Additionator Vrsill. num. 2.
Gram. dec. 66. num. 21.

Et si ex aduerso adstruatur tran-
 sactionis exceptionem, non esse li-
 31 quidam, ideòq; meritò ad merita
 reseruatam, cum altiore requirat
 indaginem, per *tex. in l. ille, à quo l.*
13. S. si de testamento. ff. ad Trebell. l. 3.
S. ibidem, ff. ad exhib. l. nam & postea,
ff. de iureiur. Surd. conf. 252. nu. 8. 9. &
10. lib. 2. vbi declarat exceptionem
 32 *requirere altiore indaginem,*
quando non est liquida, & non esse
 33 *liquidam inquit, quando agitatio-*
nem requirit in facto, vel in iure cũ
alijs pluribus adductis per Me in
1. disceptat. forens. cap. 30. nu. 66. vbi
plures totius Europæ Tribunalium
determinationes, glomeravi.

Attamẽ prædicta procedere pos-
 sent in exceptione ipsa transactio-
 nis, circa quam modo nostra quæ-
 stio minimè vertitur, sumus etenim
 in exceptione pacti restitutionis ac-
 ceptorum in transactione ipsa adie-
 cti, quod omninò seruandum fore,
 34 *antequam liti aditus aperiatur te-*
nent DD. supra adducti hoc eod. re-
spons. vers. Onus igitur assumam.

Quò fit, vt decretum Dom. cause
 Commissarij agentis de reseruatione
 exceptionis transactionis ad me-
 rita,

rita, minus respiciat exceptionem, restitutionis acceptorum, sed tantum transactionem ipsam, quæ forsitan altioris indaginis visa illi fuit, nam si super reiectione exceptionis restitutionis acceptorum, oculos habuisset, herelè vir tam eruditus, alia decreti formula usus fuisset, verbisque magistralibus, quibus assolet, decretum in scriptis redigi iussisset.

Hæc ergo præfati, videamus modo, quibus se fulciatur iribus Aduersarius, quibusuè innitatur Auctoritatibus ad restitutionem acceptorum euadendam; Et fanè audiui tempore discussionis articuli coram Dom. causæ Commissario fuisse per Partis Aduocatum virum fanè eruditum allegatum *Consiliar.*
 35 *Georg. in alleg. 34.* qui contra nostram opinionem videtur allegasse, itaq; decisum in prima, ac secunda instantia fatetur in *fin.* suæ allegationis, *Quanquam enim (haud inficior) magna sit Georgij Auctoritas, veritati tamen præponderare non potest, & licet multa proferre possem, ex quibus eius opinio inutilis, ac inefficax redarguitur atq; euincitur. Ne tamen Lectorem meum diutius distineam, Agam modo Cathedraticum, ac Georgij acutis argumentationibus non succumbam, nec oppositionibus frangar, dum vera sustinebo Theoremata.*

Transcamus ergo per contraria; Determinationes Sac. Consil. pro eius opinamento suadendo adducit *Georgius.* Ast Ego vnica negatione, veluti vnico spongiæ tractu abolebo, Inspicio etenim Georgium allegantem Senatus placita, at in salutari probationis deficientem, eisdè fecerno oculis, Nam determinationum diem & annum minimè indicat, Commissarium, aut votantes, aut Aulam non insinuat, vel saltim Actorum Magistrum, ad hoc, vt potuissimus in fonte processum videre, & ex eo dignoscere quamnam in

facto illo concurrerunt, ex quibus Iudicantes ad ità decidendum moti fuerunt, scitum etenim est, ex facto ius metiri, *l. si ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. vndè Thes. in dec. 88. n. 7.* inquit mirandum non esse si aliquando contra notatam aliquorum decisionem, contraria videtur alio tempore dici sententia, quia ex leuissima qualibet rerum, vel personarum, aut Iudicum mutata qualitate, sententia mutantur, adeò quod decisiones per *Georg.* allegatæ, vti nimis generales, & vagæ potius apochriphæ, & in allegabiles sint existimandæ ad *tex.* ibiq; tradita per *Repeten. in cap. inquisitionis, vbi glos. de hæret. in 6. clem. Constitutionem de elect. l. fin. C. de ind. vid. toll. Ofasc. in probam. deciss. num. 13.* & post *Bart. in l. quero ff. de actio. empt. Sess. in tractat. de inhibition. & Magistrat. iustit. Aragon. cap. 8. §. 1. num. 35.* quam vt in exemplum trahi queant in hac, vel quapiam alia consimili facti specie.

Dato tamen (citrà veri præiudicium) decisiones fuisse editas iuxta *Georgij* assertionem, satis distat factum ab eo propositum, à nostra facti specie, ibi etenim D. Hieronymus de Ayala miles Hispanus, dum esset creditor pro dotibus maternis in duc. mille, & quingentum pro capitale, & pro tertijs quam plurium annorum, sine curatore, & sine decreto, minor transegit pro duc. centum viginti, vndè maior factus dum obtenta absolute à iuramentis, quæ passim conceditur ad *tex. in cap. cum contingat, vbi Abb. num. 23. de iure iur. Corn. conf. 166. num. 5. lib. 1. Crau. conf. 142. num. 23. Affl. dec. 322. num. 9. Cassad. dec. 1. num. 2. de emph. & vend. Farin. dec. 461. num. 3. par. 1.* petijt supplementum, & Reus opposebat de restitutione acceptorum ante omnia, *Consil. Georg.* Aduocatus actoris eo præcipuo nitebatur fundamento ad euadendam restitutionem acceptorum, quia suus Clientis fuit

fuit minor, & enormissimè læsus inspecto dubio litis euentu, siquidem adducens creditum clarum, & liquidum pro summa prænarata, & exiguam quantitatem, quam recepit, 40 pōderabat iura prohibentia venire cōtra transactionē, vigere cōtra dolosum Actorem contrauentem, sollemni transactioni, non contra rescindentem, ex remedio à iure permissio, data etiam nullitate contractus, prout videre est in *d. alleg. 34. num. 17. allegans Rol. à Vall. in conf. 7. num. 3. vol. 3.*

Ponderabat Georg. itidem *Rol. in d. conf. 7. num. 30.* dum inquit exceptionem hanc esse de apicibus iuris, & non admissam in Concistorio Principis, vbi agitur sola facti verita inspecta, & vltra *Rol.* addimus nos *Ceph. conf. 207. num. 1. & 2. lib. 2. Rim. iun. conf. 5. nu. 73. lib. 1. Bertaz. conf. ciu. 13. n. 1.*

Sed vana redditur eiusmodi ponderatio, ex traditis per *Menoch. d. cōf. 664. num. 21.* qui tradit exceptionē 42 restitutionis acceptorum non esse de apicibus iuris, hoc est secundum rigorem, sed ex ipsa æquitate proficisci, vt in *d. l. se diuersa*, ibi, *Æquitatis ratio suadet*, improbens *Rol. Ceph.* & alios, & *Menoch. se subscribit Aldouin. d. conf. 71. num. 143. vers. Et hæc etiam.*

Allegat insuper *Georg. nu. 18. circa med. & nu. 19. Marcum Ant. Nast. 43 conf. 631. nu. 5.* qui tenet iura loquētia de restitutione acceptorum in terminis transactionis, non procedere, quando agitur de nullitate, vel enormissima læsione, subdens non sufficere apparere esse solum minori, nisi constet esse verum in eius utilitatem.

Ex quibus secernitur utilitatem, transactionis ex læsione enormissima 44 ma accedente minori ætate, fuisse in casu, vt forsitan pro Cliente obtinuerit *Georg.* eiusque opinioni val-

dè arrisit, *tex.* (licet de eo *Georg.* ibi non meminerit) in *L. vnic. C. de reput.* vbi post *glos.* in verb. *Debet restitui*, notant *Scriben.* communiter, quod 45 minor petens contractus rescissionē, non tenetur vsq; ad finem litis pretium restituere, sicuti observat *Molin. de hispan. primog. lib. 4. cap. 9. n. 43. propè fin. vers. Minor autem*, licet secus sit in maiore, nam statim actione proposita ab eo, qui intendit transactionem ipsam impugnare, tenetur receptam quantitatem restituere, vndè *loc. cit. Molin.* tradit, singulariter id aduertendum esse, nè in hac 46 materia æquiuocè procedatur, quæ omnia ne quidem per somnium, suaderi possunt in re nostra, dum, transactio fuit inita de re dubia, in beneficium Partium, quibus nullū ius certum competeat super bonis in iudicio deductis, & si qua læsio potuisset considerari, Hospitale esset læsum ex personis, quas repræsentat, vndè à casu disputato per *Georg.* non rectè infertur ad thesim nostram, vt potè separatam toto 47 Cælo, & diuersam, *l. Papinianus exuli, ff. de minor. cum concordan. adductis per R. Valenz. cōf. 44. n. 17. lib. 1.*

Non me fugit: eundemet *Georg.* 48 vti strenuum Aduocatum pro suo Cliente adduxisse *num. 20.* ipsum extitisse creditorem maioris quantitatis, quo casu frustrà petebat, quod mox erat restitutus, expens 49 dens *Ceph.* in terminis in *conf. 667. in fin. & Rol. à Vall.* qui *Ceph.* sequitur in *conf. 60. nu. 34. vol. 4.*

Sed eiusmodi asseueratio suimet macerie destruitur, nam præfati DD. eam sustinent in casu, quo est certum, Reum extitisse creditorem maioris quantitatis, & ita conatur *Georg. num. 22.* euitare *Menoch. in conf. 664. vol. 4.* qui contra *Ceph.* arguit; At enarrēt Aduersarij (rogo,) quo iure, quouè pacto in scriptis relato, quibusuè instrumenti tabulis,

lis, aut chyrōgraphis poterunt unquam asserere certitudinem eorum crediti nisi asserere voluerint ex factis dubia re, transactione finita, novam, eisq; profuturam actionem renasceri, quod exhorrent Nostrates, cū
50 iura extincta amplius reuiuiscere non possint, *l. qui res, S. aream, ff. de sol. l. qui liberatus, ff. de adopt. l. homo liber, ff. de stat. homin.* quæ iura ad id expendit *Dom. & Præceptor meus Consil. Theod. alleg. 33. num. 18.* vt ex hoc etiam appareat satis è longè casum *Georg.* ad nostrum adduci.

Et licet *Georg.* num. 24. paruificiens decisiones *Affl. & Gram.* supra relatas, asserat non debere mouere Sac. Conf. quia in vtraq; causa apparebat de non iure Actoris, & de dolosa lite, & de obreptione absolutionis, taliter, quod merita causæ, mouerunt Sac. Conf. & post illa tēpora in causis grauioribus, & leuioribus fuit seruatum contrarium, adducens *Io. Vinc. Ann. in sing. 540.* ipsumq; adduxisse alia exēpla quamplurima.

Dicendum est, quod sentio; manifestè *Georg.* lapsus est (pace tanti viri, quem in lectura feudali Præceptorem habui, liceat mihi asserere pro tuitione veritatis) vtq; digito quasi protenso cuiuslibet oculis indicē, quatenus ipse adducit *Ann.*
51 *in d. sing. 540.* si benè obseruetur, in causa illa Principis Scaxæ conuenti ad instantiam Octauiani Piscicelli, fuit processum ad vltiora non facta restitutione pecuniæ, quam habuerat pro transactione, quia nō aderat pactum restitutionis accepturum, sicuti in re nostra secernitur, ad quod comprobandum adduco Doctorem in terminis indiuiduali-
52 bus loquentem *Giurb. scil. in d. dec. 103. num. 1.* vers. *Aut nullum*, qui ad id expendit *Ann. loc. citato*, quia nullum interuenit pactum restitutionis acceptorum; in casu autem, in quo pactum intercessit, non esse quem

audiendum, nisi restituto prius, quod acceperat, apertè sustinet, eiq; denegandam esse audientiam, inquiring ante num. 14. Interpretes hac in re potius se defatigasse, quàm rem, & difficultatem omnem superasse.

Quod autem asserit *Georg.* post illa tempora *Affl. & Gram.* fuisse seruatum contrarium, errat manifestius, nam successiuis temporibus nedum Regni Tribunalia, verum
53 etiam Europæ Prætoria secundum decisiones relatas per *Affl. & Gram.* indubiè determinarunt, sicuti obseruauit *hoc eod. respons. vers. Onus igitur assumam*, quinimò omnium Scriptorum calculis *Affl.* sententiam probatam esse faciliè ex adductis per nos *hoc eod. respons. vers. Onus igitur assumam*, secernitur, solus tamen negauit *Georgius*, dùm Clientis causam agebat. exempla autem
54 illa quamplura in contrarium, quæ *Georg.* ipse adduxisse fatetur, nullū nobis facessunt negotium, cum neque nomen habeant, neq; cognomē, vnde benè ad propositum *Reg. Galeot. controuerf. Illust. cap. 2. num. 44. lib. 1.* inquit, non esse exemplis iudicandum cum ignoretur quomodo casus illi se habuerint.

Quodque magis est, secundum *Affl. & Gram.* nouissimis his temporibus iudicatum fuisse, testis est integer, perdoctus *Olinier. Beltram. in Annotat. ad d. decis. 354. Ludouif. nu. 17. lit. B.* dum tradit dispositionem, *d. l. si diuersa* procedere etiam si transactione impugnetur ex capite enormissimæ læsionis, itaq; per *Ros. Rom. iudicatum in vna Ariminen. bonor. 23. Iunij 1617. coram Vbaldo.* per Sacrum Conf., liceat nobis adducere exemplum in causa *D. Caroli*
55 *Caraccioli* è Sancto Eramo, cū Ill. Marchionissa Sancti Erami nomine vt in actis, dùm etenim transactione mediante se concordaret *D. Carolus* cū *D. Marino Caracciolo* Marchione *S. Erami* eius fra-
tre

tre de nonnullis prætenfis per ipsum D. Carolum ex causa hæreditatis paternæ, & vigore d. tranfactio- nis certam pecuniæ quantitatem obtinuiffet, pacto adiecto, quod in casu contrauentionis non audiatur, nisi restitutus prius acceptis, intentato iudicio per D. Carolum, per quod contraueniebatur tranfactio- ni post mortem Marchionis, opposita exceptione pacti prædicti per Marchioniffam, existente Commissario docto illo viro Consiliario Andrea Prouézano, ac votantibus Spectab. Præside Sac. Conf. Petro Iordano Vrsino, ac tunc Consiliario, nunc emeritissimo Regiam Cancellariam Regente Dom. He&or. Capic. Latr. Marchione Torelli Dom. meo viris nedùm peritiffimis, sed legum Coriphæis de anno die fuit sollemniter discusso articulo determinatum teneri D. Carolum restituere accepta, quibus peractis ad vltiora in causa procederetur, & fuerunt allegatæ deciff. prædictæ per *Aff. & Gram.* & pro D. Carolo, *Georg. d. alleg. 34.* Actuario Iacobo Figliola, ità vt fas sit nobis dicere, postremam hanc decisionem derogasse prioribus illis exemplis à *Georg.* adductis, nobis autem, ac quibuslibet alijs, incognitis.

Merito igitur Sac. Hospitalis Incurabilium reformationem decreti expetit, & sperat à Dominis meis Iudicantibus, quorum censuræ, & correctioni nos præallegata submittimus, in maxima temporis angustia, exarata, vt Ill. Domino meo Marchioni Torelli, alijsque Illustribus, egregijsque Gubernatoribus, ea à me expetentibus morem gererem, & quoad vires suppetierunt inferuitem. Laus Deo, Beataque Virgini Mariæ. Neap. die 6. Decembris 1645.

Consiliarium Antonium Mirobalum Patritium Neapolitanum Advocatum olim famigeratum, ac primi ordinis, ex proprijs meritis in Consiliarium adscitum, in Aula Dom. Consiliarij Scipionis Theodori Præceptoris & Domini mei, finem huiusque adhuc non habuit suum, & agnito articulo pro difficili, fuerunt ad preces Sac. Hospitalis obtenti ab Excellentissimo Prorege duo alij Adiuncti de Sac. Conf. Domini Aloyfius Gamboa, & D. Benedictus Trelles Marchio Toralbi ambo præcipui Domini mei cum quibus articulus erit determinandus. Silentio tamen non obruam fuisse articulum Collegiatum in ædibus Ill. Marchionis Torelli Regentis Capicij Latr. vt Delegati Sac. Hospitalis, qui ea qua præstat doctrina, & charitate, voluit agnoscere iustitiã Hospitalis, & congregatis Dominis Consiliario Io: Baptista Iouino, qui antequam Consiliarij munere fungeretur partes Sac. Hospitalis ante me vti Aduocatus tuebatur, Petro Caruita nunc merito, præposito lecturæ feudorum in Almo studio Neapolitano, Paulo Iannettasio, & Erasmo de Ponte, facta per *Me* relatione omnium quæ in facto, quæq; in iure consistunt, ac plenissima omnium discussione, dum *Ego* causæ onus sustinens claram Hospitalis, nitidamq; iustitiam approbassem: cæteri omnes vnà mecum assentierunt, & iniunxerunt, vt pro expeditione omnem mouerem lapidem, sed adhuc sub Indice pender.

*Penes A&orum Magist. Sac. Conf.
Lombardum pro Cantone.*

Essi pluries articulus hic fuerit in Sac. Conf. relatus per Dom. meum

S V M M A R I V M.

- 1 Index procedens ad ulteriora censetur reijcere exceptionem dilatoriam.
- 2 Pena indictæ contra hereticos, non includunt reuersos, & penitentes, ac paratos se ipsos corrigere.
- 3 Abiurans, minimè hereticus est reputandus.
- 4 Hereticus ut quis dicatur, debet esse pertinax in sua opinione.
- 5 Titubans in his que sunt fidei, dicitur hereticus quando in tali dubitatione habet firmitatem animi, & quãdam pertinaciam propter quam persenerat in illa.
- 6 Hereticus, si peniteat, & paratus sit redire ad fidem Ecclesiæ, & suam heresim abiurare, evitat penas de iure hereticis impostas, est tamen ad perpetuos carceres condemnandus.
- 7 Penitenti heretico, & ad fidem redempti ab Ecclesia paritur, non tamè impunitus evadere debet, sed ad perpetuos carceres damnandus.
- 8 Tex. in cap. Statutum 13. de hæret. in 6. declaratur.
- 9 Excommunicatus excommunicatione maiori non potest agere, nec in iudicio sistere.
- 10 Exceptio excommunicationis rarissimè admittitur in Curia Romana, nec in Regno Francia.
- 11 Hereticus propter reversionem absolvendus est ab excommunicatione quam incurrerat, & bona ab eo minime sunt auferenda.
- 12 Condamnatus de heresi, sed reuersus, & Ecclesiæ Catholice reincorporatus, habet restitutionem quò ad honores, dignitates, & pristina dona.
- 13 David post crimen mortiferum penitentiam egit, & illa peracta, in honore, & dignitate permansit.
- 14 Petrus Apostolus qui Christum abnegavit, & postmodum reuersus, Apostolatam retinuit.
- 15 Peccator in quacumq; hora ingemue-

rit, est recipiendus.

- 16 Ecclesia non claudit gremium redeuntibus.
- 17 Christum negans, dicitur hereticus, ac si vendidisset.
- 18 Reuersis restituuntur honores, & dignitates.
- 19 Aequitas scripta, præfertur rigori.
- 20 Bona heretico abiuranti cõdonantur, ac plenè restituuntur etiam si ab alio fuerint possessa.
- 21 Abiuranti, & reuerso, omnia bona restituantur.
- 22 Sententia prolata in beneficium reuersi, & abiurantis, executioni demandari debet.
- 23 Ferro viam aperit, qui contrarijs occurrat.
- 24 Hereticus tunc incapax dicitur actionum, iniuriamq; suorum, quando pertinax persistit, induratoq; corde opinionibus hereticalibus innititur.
- 25 Decisiones particulares maximè conferunt ad causarum determinationem.
- 26 Vxor habens virum carceratum, dicitur habere virum inutilem.
- 27 Pertinaciter hereticus ad mortem usq; vel relapsus, & in excommunicatione permanens, est diuerso iure censendus, ac is qui abiuravit, & reuersus fuit ad penitentiam.

A R G V M E N T V M:

Inquisitus de hæresi, & ad perpetuos carceres ad pænitentiam peragendam emancipatus, iudicio Tribunalis Sanctæ Inquisitionis, non per hoc à iudicio in agendo repellendus erit, vel quod insuccessibilis, aut inhabilis in cæteris actibus ciuilibus sit existimandus, quinimò
stante

stante eius abiuratione, & pænitentia, nullis pænis quibus obnoxij sunt hæretici, coercendi veniunt, lura etenim contra hæreticos pænas amissionis bonorum, insuccessibilitatis, ac excommunicationis gladium decernentia, illas tamen includunt, qui obstinatè vsq; ad mortem pertinaciter in damnata eorum opinione perstiterunt, non autem illos, qui abiurantes reuersi sunt, eorumque culpam confitentes christiana amplexi sunt dogmata.

P R O

V. I. D. Ioseph de Vicarijs.

C V M

V. I. D. Paulo, & Ianuario Fasano fratribus.

C A P. X X X I.
SVB VMBRA PROTECTIONIS
DEIPARÆ.



Ioseph de Vicarijs V. I. D. vti filius, & hæres quond. Mutij de Vicarijs, experiens in Sacro Consilio de anno 1638. in

menſe Auguſti contra V. I. D. Paulum Faſanum, & Ianuarium fratres, ad ſolutionem duc. 200. ſortis principalis, vnà cum alijs duc. 96. pro tertijs decurſis ex cauſa ann. duc. 16. per ipſos nomine, quo ſupra debitorum vigore inſtrumenti, cuius reſciſſionem ob defectum ſolutionis tertiarum petijt pro tota ſumma, ac aſſiſtentiam ſibi præſtari in forma, ſuper domo in actis deducta, vt ex ſupplicatione fol. 45. partibus notificata, fol. 61. & 62. ac impertito termino, fol. 63. à terg. lit. A. factaque electione examinatoris, fol. 64. & 72. cõpilatoque proceſſu per actus incumbentes, fol. 79. & à ter. & f. 80. 83. & 84. expeditaque citatione ad dicendum, Aduerſarijs intimata die 14. Martij 1639. fol. 85. Sac. Conf. de more interpoſuit decreta pro ſolutione tertiarum (quæ in vim præceptorum reſolui Noſtrates vno ore fatentur) Alterum die 16. Maij 1639. fol. 85. à ter. & fol. 86. Alterum verò fol. 88. Aduerſus quæ decreta conuenti excipiendo inſteterunt pro declaratione cum iuramento quantitatis tertiarum, & capitalis, oppoſentes ex nunc pro tunc diſcuſſionem inuentarij, vt dd. folijs. Cumque ſuper petita reſciſſione contractus prouidendum eſſet; Cõuenti (vt iudicium effugerent) nouã excogitarunt exceptionem fundatã in defectu perſonæ Agentis, quaſi

Yy 2 quod

quod de anno 1615. Ioseph de Vicarijs Sanctissimæ Inquisitionis Iudicio uti in hæresim lapsus, perpetuo carceri fuit mancipatus, quæ condemnatione sic stante, vim faciunt maximam ipsum à limine iudicij esse repellendum, ipsosquæ debitores à debito censerî prorsus absolutos.

Ego verò Actoris partes sustinens fundabo tantum abesse, vt exceptio per conuentos opposita, possit illis suffragari, vt potius euidenter pateat, quàm vana, & fragilis ea dijudicanda sit, tum in ordine, cum in iustitia.

Quò ad ordinem: ex facto liquet exceptionem hanc fuisse per Fasanos oppositam in pluribus actis ordinatorijs, & de ea nullam habitam fuisse rationem, imò processum ad vltiora per Iudicem facientem, præcepta pro solutione tertiarum, vnde exceptio prædicta reiecta cæsetur, ad *tex. in cap. ex parte, et secundo, & ibi Abb. Bald. Petr. de Ancar. Cardin. Imot. Dec. & alij communiter de appell. Gabr. comm. conclus. tit. de except. concl. 1. Surd. decis. 69. num. 4. in fin. & num. 5.* imò ipsimet conuenti Iosephum reputarunt personam satis legitimam, nam interpositis decretis pro solutione tertiarum, ijsq; notificatis iudicialiter conuentis, non aliam defensionem habuerunt, nisi expetere declarationem Actoris circa quantitatem ab ipsis consequendam, opponendo discussionem inuentarij, prout supra adnotauimus.

Quò ad iustitiam: licet Aduersarius in suis allegatis magno verborum apparatu extollat crimen hæresis contra Iosephum, ad finem illi eius credito priuandi, magnificiè eius crimen (post habita omni sanguinis coniunctione inter collitigantes,) fundabo Ego vnico, eoquæ solidissimo fundamento omnia ex aduerso dicta, scriptaque minus vi-

gere in re præsentî, Pœnæ etenim omnes concomitantes hæreticos, non ad eò strictim, & acerbè iura sūt interpretata, vt illos includant, qui reuersi, & poenitentes, ac parati se ipsos corrigere, recusant defendere errores, sicuti peregit Ioseph, qui publicè abiurauit, hi etenim minime hæretici sunt iudicandi, ad *tex. in cap. dicit Apostolus, 24. quest. 2. cap. qui in Ecclesia, & cap. hec est ead. can. quest. 1. Archid. Io. Andr. & Gemin. qui decisiones allegant in cap. quicumque, in 1. quest. & in rub. in fin. de heret. in 6. & tradit Io. de Anan. in cap. excommunicamus, colum. 1. vers. Ille est, de heret. quorum meminit Paris. conf. 2. num. 199. lib. 4. Abb. in cap. 1. num. 2. de heret. vnde inter plura requisita, quæ enumerantur à DD. vt quis dicatur hæreticus, de quibus per *Simanc. tit. de heret. c. 31. num. 5.* illud præcipuum est, vt sit pertinax in sua opinione, aliàs nunquam diceretur hæreticus, quia hæresis est error pertinax, *cap. firmissimè cap. ad abolendam, & cap. vergentis de heret. cap. accusatus eod. tit. lib. 6. clem. 1. S. porro de Summ. Trinit. & fid. Cathol. clem. 1. S. ceteram de usur. cap. dixit, & cap. qui in Ecclesia 24. q. 3. Suillan. de heret. q. 1. num. 6. & quest. 2. num. 5. Villadieg. de heret. quest. 2. num. 3. Menoch. de arbitrar. cas 37. num. 9. Cardos. in summ. seu præx. Iudic. & Aduocator. verb. Hæreticus, S. 4. Vser. in vsibus feudor. tit. de statut. & consuetud. contr. libert. Eccles. num. 21. ibi Nisi pluries, & pertinaciter defendendo id, & restituendo, Zerol. in præx. Eccles. verb. Hæretici n. 1. ibi, Vel dubitat cum pertinacia, cui opinioni omnes assentiri affirmat, Clar. in S. heresis num. 2. & ante ipsū**

5 *Simanc. loc. cit.* inquiens, quod illud, quod dicitur turbantem in his, quæ sunt fidei esse hæreticum, intelligi debere, vt procedat, quando in tali dubitatione habuit firmitatem animi, & quandam pertinaciam prop-